FRAGMENTA

SEMIOLOGIAE OBSTETRICIAE,

AVCTORE

D. FR. GUIL. VOIGTEL.

ACCEDVNT TABVLAE SEX AENEAE.

HALAE,

APVD I. CH. HENDELIVM.

1792.

VIRIS

ILLUSTRIBUS, EXCELLENTISSIMIS, CELEBERRIMIS

D. CHRIST. GOTTL. SELLE

MEDIC. DOCT. ET PROF. BEROLIN. MEMBR. ACADEM. REGIAE SCIENT. BEROL. ET SOCIETATIS REGIAE MEDIC. LOND. NEC NON DIRECTORII REGII PAUPERUM, CHARITAT. NOSOCOM. BEROL. MEDICO.

ET

D. PHILIP. FRIDER. MECKEL

MED. DOCT. ET PROF. PUBL. ORDIN. IN ACAD. FRIDER. INSTIT. REG. CLIN. CHIRURG. DIRECTORI. CIRCUL. SALIC. ET COMIT. MANSFELD. PHYSICO.

FAUTORIBUS ATQUE PRAECEPTORIBUS BENEVOLIS

nec non

VIRO

EXCELLENTISSIMO EXPERIENTISSIMOQUE

D. TRAUGOTT LIEBEG. VOIGTEL

DOCTORI MEDICINAE ET PRACTICO APUD ISLEBIENSES

CELEBERRIMO,

PATRUO SUO

AETERNA PIETATE COLENDO

HASCE STUDIORUM ACADEMICORUM PRIMITIAS

PIA DEVOTISSIMAQVE MENTE

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO.

Insignis artis obstetriciae utilitas ad rei publicae salutem; nostrae summa prae veterum praestantia, tam evictae sunt conaminibus summorum virorum, qui nostro saeculo floruere et florent, ut neminem esse putem, qui consultis et perpensis annalibus, de eo jure dubitet artique nostrae primas neget. Assiduum verumtamen studium historicorum artis nostrae inter-

quos nominandi praeprimis veniunt Sue, Alphonse Le Roi et nuperrime Nic. van der Eem, Leon. van Leeuwen aliique, testatur, qualescunque demum sint artis obstetriciae progressus, illam tamen ejus partem, qua cetera quaeque nituntur, puta semiologiam, prae reliquis posthabitam videri. Quare cum in eo essem, ut pro consequendo Doctoris Medicinae gradu, de specimine inaugurali, sueto more scribendo, cogitarem, inter varia, quae sese mihi offerebant scribendi argumenta, nostrum, ipso suadente Illust. Meckelio, eligere constitui.

Quae vero hic offero Semiologiae obstetriciae fragmenta, inperfecta ingenue ipsemet agnosco: et quis tyronem primumque in hac re factum periculum cogitans, ad unguem perducta expectet? Notasse enim liceat, hancce opellam jam absolutam fuisse, cum demum a bibliopola illam acciperem Cel. Starkii

libri partem *), in qua anonymus ideam, Semiologiam obſtetriciam peculialiter tractandi patefecit: quod quidem monendum duxi, ne noſtra pro imitatione illius habeantur.

Admodum autem mihi gratulabor et laboris praemium habebo, ſi hoc manco et primo periculo excitetur Vir perſpicacioris ingenii artisque obſtetriciae magis peritus, dignum qui judicet, quod ſuppleat emendetque a me hic dictum juveniliter.

Quae quoad ordinem, quem ſecutus ſum, monenda habui, ipſis inſerui paragraphis. Nil ſupereſt, quam ut hic palam profitear, quantum debeam Meckelio, praeceptori, aeterno mihi pietatis cultu venerando. Ex ejus humanitate licuit mihi, plurimos allegatorum ſcriptorum conſulere: ejus benevolentiae

*) Archiv für die Geburtshülfe, Band II 1. p. 39, ſeqq.

et debeo additas foetus obſervationes pathologicas, quae non ingratas eruditis fore, ſpero.

Verba deeſſent et moleſtus modeſtiae Viri illius humaniſſimi fierem, ſi beneficia ſingula enarrare contenderem, quibus a primo, quem in alma Fridericiana degi die, me proſequi haud dedignatus fuit. Qua igitur pietate, quo grato animo filius patri relinquendo valedicit, iis a Te, Vir ſumme reverende! diſcedo. Tui et benevolentiae Tuae paternae ſemper ero memor beneficiorumque Tuorum memoriam nulla ex animo delebit oblivio, quae me cunque vocant terrae.

F. G. Voigtel.

AMICO VERE DOCTO,

FRIDERICO GUILIELMO VOIGTEL

S. P. D.

P. T. F. MECKEL, PROMOTOR.

Injusti et Ingrati erga TE culpam penes me non delerem, si datam opportunitatem: publice TIBI animum meum declarandi, missam facerem. Quem TIBI per quatuor et ultra annos, a quo nos tempore amica junxere fata, declaravi, ejus dictata cum hac Charta serves; vera sunt quae dico, sunt ita, et semper manebunt. TE morum probitate, doctrinae copia, studio indefesso excellentem admiratus sum; TE ideo amavi, sed et ideo TE amarunt Omnes. Majora his TE mihi arctiori vinculo nexere; is enim fuisti per longum tempus, fuisti saepe, cui, negotiis et curis obrutus, quod non succubuerim, debui, et nunc debeo. Aegrorum meorum, quibus nil mihi magis curae cordique, nil carius est, querelas in TE omnes et saepius, suscepisti; iis fuisti solatio auxilioque ita, ut mei locum penes eos totus teneres. Operae plena alia negotia multa, instar mei, et egregie gessisti. Taceo reliqua: haec enim jam tanta sunt, ut, quibus TIBI verbis, quae sentio, dum a me fugis, dicam, non sciam. Omnia circa me lugent; quibus erigar, quibus moerorem fugem, quo me affectum a diro dolore restituam, non reperio. Quo TE hodie honore afficio, eum TIBI, si ulli, cum omni Animi consensu tribuo; sed quod lubenter faciam, id negare cogor. — Sed jam jubent dira facta; — abis — meque solatio destitutum relinquis. Remanet Spes: eris et distanti Amicus. Sis! O BONE! quaecunque Sors TUA, per maria, per terras a me semoto, TIBI foverit loca. Mei constans, nullo, nisi ultimo fato, neque tunc, si licet, delenda TVI erit memoria; sit TIBI accepta; fave mihi, fave meis, qui et TVI amore, licet Tenelli, ardent. Vale! et cura ut valeas; quantam enim mentis TVAE sanitatem scio, quantam hanc semper declarasti, declarare non poteris nunquam; tantam, proh dolor! corporis TVI imbecillitatem esse scio. Iterum Vale.

Dabam Halae d. 26. Jan. MDCCXC.

SECTIO I.

Semiologiae medicae et obſtetriciae notio, hujusque ambitus, difficultas, inſtituendae methodus et dignitas.

§. 1.

Signa ſunt notae eae, ex quibus cujusdam rei exiſtentia et conditio ignota cognoſcitur. Sunt vel generalia vel ſpecialia, certa, vel incerta; diagnoſtica, anamneſtica, prognoſtica etc. Semiologia, ſenſu generaliſſimo, eſt ergo doctrina de ſignis.

§. 2.

Ea autem medicinae pars, qua quaevis vitae, ſanitatis, morbi, mortis ſigna, ſive bona, ſive mala, ex c. h. natura, medicorumque obſervationibus eque decretis multorum ſaeculorum eruuntur, recenſentur, dijudicantur, omnesque omnino corporis actiones atque eventus morborum inde praeſagiuntur, Semiotice ſeu Semiologia medica appellatur. a)

§. 3.

Determinat ergo Semiologia medica ſtatum hominis, tam naturalem quam praeternaturalem. Hinc ſubdiviſio in

a) Vid. Cl. Gruner Semiot. generalis §. 1.

1) Semioticam physiologicam seu doctrinam de signis sanitatis ex mutatione corporis naturali, nullo sane modo a medico practico negligendam. Nemo enim in semiotice pathologica bene versabitur, quin antea physiologicam primoribus, ut ajunt, labris degustarit. Hac ergo nititur

2) Semiotice pathologica, qua signa aberrationis quaevis a sueta naturae lege eruuntur et explicantur, omni jure digna, quae penes medicum, principem teneat locum.

§. 4.

Quae vero enumerat, et perpendit signa partium genitalium, functionum sexus sequioris et foetus, aeque, ac semiologia medica, tam in statu naturali quam praeternaturali, semiologiae obstetriciae nomine salutatur. Hac totius artis obstetriciae practicae virtutem et decus niti, inque ea omnem obstetricii vim et auxilia haerere, nemo negabit, qui huic arti tam utili et rei publicae tam salutari, operam dederit. Quis et qualis sit status; an periculum obtineat nec ne; an et quibus auxiliis tollatur; an solum naturae beneficium sufficiat; paucis: quivis status praeteritus vel praesens ejus ope detegitur et discernitur, ad quemvis eventum futurum praesagiendum.

§. 5.

Ex his paucis jam satis apparebit magna et insignis hujus in arte obstetricia doctrinae usus et momentum. Neminem autem, qui noverit artis recentiorum prae veterum praestantiam; at quoque lentos ejus progressus, fugiet, hanc tanti momenti partem, prô dolor, huc usque non ad illum perfectionis et definitionis gradum pertigisse, quem nunc ut attigisset, valde optaremus. Plurimis enim et hodie in casibus diagnosis et prognosis incerta, fallax et dubia: unde error multiplex et famae maculae crebrae, praesertim eorum, qui sine omni cognitione ac dilectu signorum, hanc

artem exercent. Sic v. c. de partus eventu, tunc demum certe praesagies, postquam omnem conditionem, aetatem, corporis habitum, partus praegressi, pelvis, dolorum praesentium conditiones, situm foetus ceteraque phaenomena bene et caute perpenderis et tactu examinaveris.

§. 6.

Quum tanta hujus rei gravitas et tot difficultates, mirandum sane est, eam nondum dignam existimatam, quae specialiter tractaretur; immo multis in scriptis ita neglectam vel obiter tantum delibatam fuisse, ut artis obstetriciae tyronum studiis, hac in re non ita provisum sit, ut rei dignitas meretur, ac ne vix quidem habeant, quos in addiscenda illa difficillima illius parte, duces sequantur. Invenimus quidem in scriptis de arte obstetricia, medicina forensi et semiotice medica, hic illic quaedam hanc in rem dicta; at caremus opusculo, quod omnem semiologiae obstetriciae, tam generalis quam specialis, ambitum et difficultates ita exhibeat, ut obsoletis et iis, quae manca sunt, demptis, vera a falsis, certa ab incertis distincta referat; verbo, quod signa satis limata, errores atque obstacula bono ordine et diligenter, vel ex propria vel certa aliorum observatorum fide enumerata et dijudicata sistat.

§. 7.

Quae omnia absolvere, quum non solum ingenii mei vires exsuperet, sed et temporis locique angustia neget, a Viro perspicaciori atque in arte obstetricia experientissimo exorandum. Operam tamen non omnem me perditurum existimem, si pro virium mearum modulo, praecipuis ad semiologiam obstetriciam pertinentibus, levi adumbratione exhibitis, notatisque fontibus nonnullis, ex quibus plura deinceps haurias, agam primo de exploratione per tactum, praecipuo quippe adjumento in diagnosi; tum particulam ex illo amplo campo seligam, equidem diagno-

sin partus praeternaturalis ob foetus praeternaturalem situm; postremo de impedimentis in diagnosi obstetricia, quaedam proponere, contendam.

En interea Semiologiae obstetriciae ordinem et lineam!

§. 8.

I. Semiologia obstetricia physiologica.

Huic praemittenda esset enumeratio critica variarum explorandi methodorum, enchireseos summe necessariae,

a) partium genitalium mollium.

Conferas Differt. nostrae §. 10, seqq. scriptoresque ibidem allegatos.

b) Pelvis.

Vid. celeb. Stein, kurze Beschreibung eines Pelvimeters. Cassel 1775. c. fig. — C. F. Köeppe, Diss. de pelvi fem. metienda. Lips. 1781. c. fig. — Baudelocque, l'art des accouchemens Tom. I. p. 76. seqq. nouvelle edit. à Paris 1789. c. fig.

1. Semiologia genitalium mollium et mammarum adultae,

a) in statu pubertatis,

b) in statu virginitatis integerrimae,

c) in statu coitus perpessi,

d) post abortum aut partum praegressum.

Conferantur M. Schurig, Parthenologia Sect. III. Dresd. et Lips. 1729. 4. — Weichardt de signis virginitatis etc. Lips. 1777. — Geller, Dilucidationes circa signa virginitatis etc. Rost. 1763. Röderer, Elem. art. obstetr. edit. Wrisberg, Cap. VI. — Haller Elem. phys. Tom. VII. p. 92 seqq. ed. 4. — Cel. Gruner Semiot. phys. et pathol. gener. p. 429 seqq. — Ploucquet Comment. medic. Sect. II. §. 29 — 42. p. 221. seqq. — Baudelocque Entbindungsk. edit. celeb. Meckel B. I. p. 124. — Seubertus de signis puerperii fallacibus. — Möller Diss. de criteriis partus olim enixi diagnostic. Goett. 771. aliique plures.

2. Signa pelvis bene conformatae femineae.

Evolv. Röderer l. c. Cap. 1. — P. Camper's Betrachtungen über einige Gegenſtände aus der Geburtsh. m. K. Leipzig 1776. I. Abh. Vom Becken, Kinderk. etc. — J. Aitkens Grundſätze der Entbindungskunſt ed. Spohr, Nürnb. 1789. p. 16 ſeqq. aliique de arte obſt. autores.

3. Signa conceptionis.

Legantur Haller l. c. Tom. VIII. Sect. I. Lib 29. — Stein Diſſ. de ſignorum graviditatis aeſtimatione. Goett. 1760. §. 27, ſeqq. — Röderer l. c. §. 136 ad 149. — Jacobs, école pratique des accouchemens, à Gand. 1785. p. 63.

4. Signa graviditatis verae, uterinae ejusque periodorum. Stein Diſſ. citata: Ejusdem Anleit. zur theor. Geburtshülfe II. Abſchn. 2. und 6 Cap. — Kaltſchmidt de ſignis graviditatis certis. Jen. 1752. — Baudelocque l. c. B. I. p. 139, ſeqq. — Smellie a treatiſe on the theory and pract. of midwifery. T. I. p. 118.

5. Signa foetus vivi.

a) ante partum, graviditatis tempore,

b) ſub ipſum partum.

Conf. Roedereri et Chüden Diſſ. de ſignis foetus vivi et mortui. Goett. 1756. in opuſc. med. p. 414. — Ejusd. Elem. Cap. XV. — Stein l. c. IV. Ab. 2. Cap. p. 133. — Baudelocque l. c. II. B. p. 131 — 133. — P. Camper, v. d. Kennzeichen des Lebens und Todes bei Neugebohrnen. Frankf. 1777.

6. Dolorum verorum ſigna diſtinctiva.

Roederer l. c. §. 166, ſeqq. — Steidele Lehrbuch von der Hebammenkunſt. Wien 1777. p. 75, ſeqq.

7. Signa partus naturalis, perfecti.

a) appropinquantis et inſtantis,

b) ejus temporum.

Roederer, elem. a. ob. §. 164, ſeqq. Idem ibid. §. 216, ſeqq. Ejusdem Diſſ. de temporum in graviditate et partu aeſtimatione. Goetting. 1757. Ceterique §. XXIII. Diſſ. noſtr. allegati ſcriptores.

8. Signa foetus perfecti, maturi, sani.

Roederer de foetu perfecto in ejus opusc. med. p. 73, seqq. Idem in Comm. Soc. Reg. Sc. Goett. T. III. p. 410.

9. Signa bonae nutricis.

Stahl de requisitis bonae nutricis. Halae 1703. — Rosenstein Kinderkrankh. edit. Murray. I. Absch. — Steidele l. c. p. 440, seqq. — Baudelocque l. c. B. I. p. 286, seqq.

10. Signa status naturalis puerperae.

Roederer, elem. a. obst. Cap. IX. Baudelocque, l. c. p. 326, seqq. Haller, elem. phys. Tom. VIII. L. XXIX. Sect. V. §. 14.

II. Semiologia obstetricia pathologica.

1. Semiologia partium genitalium mollium morbosarum,

a) extra graviditatem,

v. c. herniae, polypi, prolapsus uteri et vaginae, vitia organica etc. etc.

b) graviditatis tempore,

cujusmodi sunt, varices, herniae, prolapsus, retroversiones etc.

c) Sub partum,

v. gr. ruptura uteri, vaginae, perinaei, tumores, constrictiones spasticae, etc.

d) post partum,

Istius modi sunt, inversio uteri, metritis, ceterarum partium inflammationes, excoriationes aliaeque laesiones etc.

De his consulantur, praeter inferius Sectione secunda et quarta allegatos observatores, J. A. Terenzoni de morbis uteri. Luccae 1715. 4. — Guill. Ballonii de virginum et mulierum morbis liber, cura I. Thevartii. Parisiis 1643. 4. — I. Primerosii de morbis mulierum Lib. v. Roterd. 1655. 4. — Franc. Mauriceau, Traité des maladies des femmes grosses, et de celles, qui sont accouchées. à Paris 1740. 4. Vol. II. — I. Freind, Emmenologia etc. Amstel.

1726. 4. — Joh. Storch, Krankheiten der Weiber. Gotha 1748 — 1753. 8. Tom. 8to. — Jo. Aftruc, Traité des maladies des femmes à Paris 1765. 12. Vol. IV. germ. verf. a. Ch. Fr. Otto. Dresd. 1768 — 1776. 8vo. 6. T. — H. A. Manning, A treatife on female difeafes. Lond. 1771. — F. A. Deleurye Abhandl. über die Geburten, Krankheiten der Schwangern etc. Breslau 1778. — C. L. Murfinna Abhandl. von den Krankh. der Schwangern, Gebärenden und Wöchnerinnen. Berlin 1784. 2. Th. — Joh. Aitken l. c. p. 135, feqq., aliique non pauci fcriptores de arte obftetricia, chirurgia et pathologia.

2. Pelvis vitiatae figna.

a) totius vitiatae,

b) quarundam ejus partium conftituentium.

Praeter fupra allegatos conferatur Steidele l. c. p. 132, feqq.

3. Signa fterilitatis.

Stein Diff. ante laudatae Sect. I. — Cel. Gruner Diff. de caufis fterilitatis.

4. Graviditatis fpuriae figna.

Stein Diff. citata Sect. III. — Steidele l. c. p. 379, feqq. — Roederer elem. art. obft. §. 151, feqq. §. 741. — Baudelocque B. II. p. 332 — 334.

5. Graviditatis verae at extrauterinae figna diagnoftica.

Roederer l. c. §. 752, feqq. — Baudelocque l. c. B. II. p. 291 — 295. — G. G. Rockftroh, Diff. de fignis verae graviditatis faepe dubiis Lipf. 1781. — Ge. Thom Diff. de conceptione ovaria Erlang. 1781.

6. Signa foetus mortui.

a) graviditatis tempore,

b) fub ipfum partum,

c) poft partum.

Praeter illos fuperius I. nro. 5. citatos legantur: Wrisberg de fignis vivi foetus et mortui, in partu difficile rite interpretandis. Goett. 1780. — Baudelocque l. c. B. II. p. 134, feqq. — Bofe refp. Kühne, Diff. de morte foetus ejusque diagnofi. Lipf. 1785. — Ploucquet l. c. Sect. II. §. 72, feqq. — Vater de valore et fufficientia fignorum, infantem recens natum vivum, aut mortuum editum. Lipf. 1735. —

De fallacia fignorum foetus mortui vid. Ofiander's Beobachtungen. Tubing. 1787. p. 214 feqq. — Hic conferatur et Eucharii Rhodion, artis obftetriciae reftauratoris germani liber de partu hominis et quae circa ipfum accidunt. Francof. ad Moen. 1532. Cap. IX., opus ea aetate claffícum.

7. Signa abortus inftantis.

Heydenreich de methodo cognofcendi abortum. Jenae 1777. — Roederer l. c. §. 725, feqq.

8. Signa partus praematuri.

vid. Roederer l. c. §. 220, feqq. ejusque Differt. de temporum in graviditate et partu aeftimatione, in ejus Opufc. med. p. 31, feqq. — Ploucquet l. c. Sect. II. §. 64. — Hallers Vorlefungen über die gerichtliche Arzneiw. B. I. p. 116.

9. Signa partus ferotini.

Schnobel Diff. de partu ferotino. Jen. 1786. — Heifter de partu tredecimeftri. Helmftadii 1727.

10. Signa dolorum fpuriorum.

Steidele l. c. p. 80. — Roederer l. c. §. 454, feqq. §. 462. — Heufinger Diff. de dolorum partus fpafticorum natura et medela. Jenae 1780.

11. Signa generaliora partus non naturalis, anomali.

Haec colliguntur ex fignis partus naturalis: praeterea conferantur autores de arte obftetricia paffim.

12. Specialiora praecipuarum illius caufarum,

a) Quae fui rationem in matre habent.

α. Vitiorum organicorum et morborum localium partium genitalium.

Confer. fcriptores, fupra 1 et 2. allegati.

β. Aliorum in corpore matris a ftatu fano decedentium, v. c. plethorae, irritabilitatis, fpasmorum, hydropis, debilitatis etc.

Huc faciunt praeter fuperius citatos, Gruner Semiotice generalis; Hamberger Semiotifche Vorlef. über Lommius aliique. —

Huc

b) Caufarum, quae a partibus vitiofis inter foetum et matrem oriuntur.

Explorationis ope potiffimum innotefcunt: ceterum confulantur obfervatores, inferius Sectione fecunda allegati, aliique fcriptores de arte obftetricia.

c) Caufarum ab incauta et imperita manu ortarum.

Has dignofcimus praeprimis explorando et inquirendo.

d.) Caufarum ad foetum referendarum.

α. Malae conformationis.

β. Numeri excedentis, gemellorum, trimellorum etc.

γ. Situs perverfi figna.

In his cafibus cognitio ftatus naturalis difformitatumque obfervatarum et exploratio accuratiffima unici et optimi indices. Confer. Sectio tertia et quarta differtationis noftrae.

13. Signa puerperii morbofi.

Praeter morbos genitalium nr. 1. d. enumeratos huc pertinent lochiorum, viarum urinariarum, fecretionis lactis multaque alia vitia. —

Super his conf. fcriptores de morbis puerperarum.

14. Signa morborum neonatorum.

Ejusmodi funt: afphyxia, fracturae, luxationes, fugillationes, anus imperforatus, urethra claufa, labium leporinum, hydrocephalus etc. —

De his agunt, Mich. Ettmülleri Valetudinarium infantile. Lipf. 1675. 4. — Wolfg. Wedelii Liber de morbis infantum. Jenae 1717. 4. — I. Storchs Abhandl. v. Kinderkr. Eifenach 1750 — 1771. 4. B. 8. m. K. — G. Armftrong von den vorz. Kinderkrankheiten. Regensburg 1786. — A treatife on the difeafes of infants and childern. Lond. 1772. — Raulin, Mellin, Aitken l. c. p. 217. breviter. — Van Doeveren obfervationes de ano infantum imperf. Diff. acad L. B. 1781. c. f. — C. I. Oehme de morbis recens natorum chirurgicis. Lipf. 1773. — I. V. Siegel Diff. de cura neonatorum medica. Goett. 1782.

Permulta quidem demum hic addenda novi; quibus autem fuperfedere me poffe arbitrer, quum Semiologiae obftetriciae ambitus, momentum et diffi-

cultates ex his praecipuis et generalioribus ejus lineis, jam ſatis appareant.

§. 9.

Omnia ſigna partim ſenſibus, et praeprimis tactu, apprehendi, partim cogitando reperiri, partim comparando erui poſſunt. De priori pluribus hic loqui, ex propoſito noſtro eſt b). Ut autem eo facilius et certius ſigna ſtatus praeternaturalis partium genitalium, functionum ſexus ſequioris et foetus, ſenſibus percipiantur et cum fructu exerceatur tactus; neceſſe eſt, obſtetricius cognitione anatomica et phyſiologica foetus et matris bene ac probe imbutus ſit. Fontes, ex quibus illa hauriatur, noſtra aetate tot ac tam boni et noti ſunt, ut longe ſuperfluum eſſet, de his fuſiori ſermone proponere c).

b) vid. §phum 7.

c) Ut ex multis quosdam tantummodo enumerem, ſequentes praeter numeroſos alios huc pertinent et prae ceteris nominandi ſunt.

A. ab Haller Elem. phyſiol. c. h. Tom. 7 et 8. ed. 4to. Bernae 1766.

I. G. Walter, Betrachtungen über die Geburtstheile des weiblichen Geſchlechts m. k. Berlin 1776. 4. Idem de diſſect. Synchondr. oſſium pubis. Berol. 1782 c. Tab.

G. Hunter, Anatomy of the human gravid uterus. Lond. 1775. fol. max.

B. S. Albini, Tabulae ſeptem uteri gravidi. Leid. 1749. fol.

I. G. Roederer, Icones uteri humani. Goet. 1759. De eadem materia Huber, Nortwyck, Jenty, aliique.

Guil. Smellie, tabulae anatomicae. Lond. 1754. fol. max. ed. 2da. ib. 1761.

A. B. Koelpin de ſtructura mammarum. Gryph. 1764 c fig.

C. F. Wolf theoria generationis. Halae, 1750. 4. germ. verſ. Berl. 1764. 8.

I. C. Trew de praecipuis inter h. natum et non natum differentiis. Norimb. 1736. 4. c. f.

B. S. Albinus, Icones oſſium foetus. Leid. 737. 4to.

I. Schwammerdam miracula naturae ſ. uteri mulieb. fabrica. Leid. 1672. et. 729.

H. A. Wrisberg, deſcriptio anat. embryonis. Goett. 1764. 4to. Idem de utero gravido, ovariis etc. Goett. 1782.

H. T. Delius Beob. welche das Geſchäfte der Erzeugung und Geburtshülfe betreffen u. ſ. w. m. k. Nürnb. 1767. 8.

G. F. Guttermann, Anatomie für Hebammen. Augsb 1752 8.

D. M. Rouſſel Phyſiologie des weiblichen Geſchlechts, aus dem Franz. Leipzig 1786. 8.

P. Camper Betrachtungen über einige Gegenſtände a. d. Geburtsh. m. K. Leipz 1776. 1. Abth.

Phil. Ad. Boehmeri Obſervationes anatomicae rariores Faſcicul. 1 et 2. notabilia circa uterum c. fig. Halae 1752 — 56.

Regn. de Graaf de organis generationis muliebribus, Leid. 1672 8.

Nicol. Hoboken Anatome ſecundinae humanae repetita. Ultraj. 675. 8. c. f. p.

§. 10.

Senſibus apprehenduntur ſigna diagnoſtica in arte obſtetricia duplici modo, nempe

1. exploratione per inſpectionem, quam autem rariſſime ob pudicitiam inſtitui patiuntur feminae; quae hinc non niſi in foro conceditur. Exploratio dicta etiam non ſufficit, exceptis perpaucis caſibus, propterea, quod quam ſaepiſſime, quae extra conſpectum veniunt, in arte obſtetricia examinandae ſunt partes. Hinc praecipue

2. Exploratio per tactum, enchireſis artis obſtetriciae utiliſſima et unica via, qua ad certam ſtatus naturalis et praeternaturalis diagnoſin pervenire licet. Eſt autem haec, vel

   a) externa ſeu abdominalis vel

   b) interna ſeu uterina.

Illa fit, dum vel alterutra vel utraque manu abdomen aſſidue contrectatur, vel appoſita mala, ſeu tota facie (ut quidam propoſuerunt) tangitur d); quod autem varia incommoda reſpectu explorandae et explorantis ſecum vehit; praeſertim cum non tanta ejus utilitas et praeſtantia ſit. Uſus explorationis externae ceterum fere aeque inſignis eſt, ac ipſius internae: ea nempe agnoſcimus figuram et conditionem abdominis, ſitum foetus, mutationes umbilici, diſtenſionem oſſium ilei, inflexionem oſſis ſacri et coccygis etc.: hinc numquam in explorando omittenda.

§. 11.

Cum autem, prae ceteris, partium internarum cognitio requiritur, huic omni jure princeps tribuendus eſt locus. Hujus operationis ſummam utilitatem ac neceſſitatem nemo ullo unquam jure in dubium vocabit, qui perpenderit multiplicem ejus inſtituendae finem. Mox quippe varii generis

d) Celeb. Wrisberg in notis ad Roedereri Elem. art. obſtetr. Goett. 1766. p. 69. not. 63.

dubia commovent feminas, ut huic operationi fefe fubjiciant, mox fama et potiffimum fanitas, immo vita ipfa ab ea pendent. Illius beneficio ergo quamplurima deteguntur, quorum cognitione et obftetricans et medicus tam practicus quam forenfis carere neutiquam poteft. Ejus ope determinatur

1. in arte obftetricia practica: utrum pelvis et ceterae partes genitales bene an male formatae fint: an graviditas vera an fpuria e); an uterina vel extra - uterina; qualis ejus periodus; uteri fitus et conditio qualis: an rectus vel obliquus; quae obliquitatis fpecies: an antrorfum, retrorfum aut in alterutrum latus; an dolores, et quales: veri feu fpurii etc. — conditio velamentorum quae: an fint integra, an lacera, an tenuia feu craffa; partus num propinquus; ejus progreffus et ftadia; partus qualis: an facilis feu difficilis, naturalis feu praeternaturalis; impedimenta qualia; num et quaenam matri, quaenam foetui adfcribenda; fitus et conditio foetus qualis: an vivus an mortuus, gemelli, etc.; placentae adhaefio, folutio; haemorrhagiarum uteri caufae f), et alia.

2. In medicina practica explorationis ope manifeftantur morbi locales uteri ceterarumque partium genitalium nec non adjacentium; veficae urinariae, recti etc. caufae nonnullae fterilitatis et defectus

e) Orificii uterini exploratio, rite inftituta, fola eft, quae fignum graviditatis, fallere nefcium nobis fuppeditat Ne ipfe quidem motus infantis fignum indubium: mox enim fimilis motus a fpasmis, vermibus in inteftinis etc. oritur, mox, quin per omnem graviditatem fentiatur, mater legitimo tempore vivum foetum perfectum enititur. Conferas hac de re van Doeveren obf. acad. Cap. II. §. 8. et 9. La Motte, Traité des accouch: Liv. I. C. IX obf 27. Mauriceau traité des malad: des femmes grof. Liv. I. Cap 3 p 73. Smellie Collection N. I. T. 2. Baudelocque l. c. Préface. Hinc Roedererus, quamquam ad certisfima illud referret, tamen in Element. §. 151. fatetur, graviditatem hydropi conjunctam, difficillime, quin orificium uteri exploretur, dignofci etc.

f) Explorationis internae neceffitatem et damnum ex neglecta illa ortum et in his cafibus, teftatur inter alias, obfervatio in Deafe's Bemerkungen über die Entbindungskunft, aus d. Engl. Zittau und Leipz. 788. p. 185.

mensium variorumque morborum ab alieno situ et conditione uteri g), vaginae, foetus. Demum permulta alia sine exploratione vel plane non, vel saltim haud ita perspicue cognoscuntur. Exemplo praeter allatam observationem sint: polypus, uteri scirrhus, ulcus, excrescentiae, prolapsus vaginae, uteri, aliaque; pelvim opplentes tumores sarcomatosi, osteo - steatomatosi etc.: in omnibus his casibus explorationis utilitas ac necessitas sese exserit. Denique

3. in medicina forensi e. gr. ubi determinandum, an virginitas violata; sterilitatis causae an in uxore an in marito h); graviditas an vera an simulata i); laesio hujus vel illius partis internae genitalium; an partus dissimulatus et celatus etc.

g) Elapso vere ex benevolentia pie colendi Praeceptoris, illustr. Meckelii, occasio mihi fuit, ejusmodi casum observandi, quem, quod explorationis necessitatem etiam medicis practicis comprobat, huc referre detur.

Rustica in pago Halae vicino, XXV. circiter annorum, tertium jam gravida, per priores graviditates et partus optime sese habuerat. Nunc vero, quintum graviditatis mensem cum attigisset, urinae suppressione per plures dies angebatur. Auxilium petit a Medico, qui, ob alia officia eam adire nequiens, alium mittit. Hic, veram suppressionis urinae et alvi causam non conjiciens, remediis internis aegrotam absolvit et suae sorti relinquit. Decimo quarto ab illo die maritus miserae, vehementissimis doloribus, urina continuo suppressa atque alvo deficiente cruciatae, celeb. Meckelii auxilium exorabat. Hic illam adiens, comitem me sibi junxit. Introducto vaginae digito, de conjectura suppressionis urinae atque alvi causa statim certior redditur. Retroversionis signa, uteri nempe fundus pansus distentusque; orificium altum supra pubis symphysin vix attingendum, dignoscuntur confirmantque causam. Cathedris elastici ope, non sine omni difficultate urinae crassae, cruentae, nec non purulentae copia educitur: quo facto aegra, in utrumque cubitum et genu reclinata, lecto committebatur. Mox manus dextrae digiti, dicto in situ, genitalibus immittebantur, ita, ut vola uteri fundum, dorsum vero vaginae posteriorem parietem respiceret. Flectendo et elevando mox contigit, uterum ex aberrationis loco ad verum habitum reducere. Femina dictum situm per aliquod temporis spatium tenens, et postea sedantibus atque demulcentibus remediis, vesicae statui evidenter phlogistico, commodis utens post paucas hebdomades a restitutione uteri absque ulla molestia subsequente optime se habuit et justo tempore infantem sanum enixa est.

Plures ejusmodi observationes, jure consulendae, reperiuntur apud Levret in Journal de Med. 1773. W. Hunter's med. u. chir: Beobachtungen, ed Kühn I. B. p. 106. seq. et p. 222 seq. In Starks Archiv passim; apud van Doeveren in Actis N. C. VII. Saxtorph, in Collect. Havniens. Vol II. ex Willich et Waiz in Richters chir. Bibl. B. v. in Wall Diss. de uteri grav. retroversione Halae 1782. et nuperrime in Jahn comm. de utero retrov. Jen. 1787, aliisque permultis.

h) de Lemos Diss. de sterilitate utriusque sexus etc. Halae 1758.

i) Sunt v. g. captivae, quae gravidas se esse profitentur. In his casibus summa cautione opus est, ne graviditas vera pro simulata aut simulata pro vera habeatur. Istius modi tristissima exempla commemorat Mauriceau libro: Traité des maladies des femmes grosses Liv. I, Chap. 3. p. 71. seq.

Facile foret, ad ſtabiliendam laudatam explorationis neceſſitatem et utilitatem, quam plurima afferre exempla, ſed ſufficiat ex magno illorum numero duntaxat illuſtriora protuliſſe k).

§. 12.

Quae operatio cum tanti momenti ſit, valde mirandum, et ejus recte inſtituendi modum a plerisque autoribus, praeter Deventer l), Püzos m), Roederer n), aliosque paucos recentiorum o), vel plane omiſſum vel leviter tantum diſcuſſum. Hinc neminem fore exiſtimo, qui inutilem habeat laborem meque reprehendat, ſi hujus rei non ſaepius repetendae et commendandae, rectam inſtituendi methodum, praemiſſis quibusdam in ea obſervandis regulis et cautelis generalibus, hic fuſius deſignem. Sane enim in explorationem illud Senecae quadrat: numquam nimis dicitur, quod numquam ſatis diſcitur.

§. 13.

Ut eo facilius intelligantur, eoque cautius exerceantur, quae inferius de inſtituendae explorationis methodis, tam generali quam ſpecialibus quibusdam dicturus ſum, licet multi eam, tamquam facilem, parvi habeant operationem, ſequentia praemittere neceſſe duco: equidem

1mo priusquam ipſam explorationem inſtituat obſtetricans, eſt, ut quasdam generales, pro ratione rei diverſas quaeſtiones praemittat, v. c. de ſignis antecedentibus, de aetate, ceſſatione menſium etc.

k) Copioſius tractavit hanc rem C. Fr. Michaelis in Diſſ. de orificii uteri cura clinica atque forenſi Lipſ. 1756.

l) Nieuw ligt voor Vroedmeeſters Amſt. 765. C. 13. germ. verſ. Ienae; 1761.

m) Traité des accouchemens, à. Par. 759. p. 56. ſqq.

n) Elem. art. obſt. Cap. XI.

o) Huc pertinent et conferendi: Plenk, Anfangsgründe der Geburtshülfe, edit nov. 1786. p. 59. ſeqq. Jacobs école prat. des Accouch. p. 100. à Gand 1785 Thebeſius Hebammenkunſt II. Th. 1 Abſch. 1 K. Baudelocque Princ. ſur l'art des accouchemens. à. Par. 787. p. 98. ſeqq.

Ejusdem, Anleitung zur Entbindungsk. edit. Meckel Leipz 1782. B. I. p. 134 ſeqq.

Stein Theor Anleitung zur Geburtshülfe, p. 60. ſeqq. Steidele Lehrbuch der Hebammenkunſt. 1 Th 2. K. p 20. ſeqq. Berdot, Abrégé de l'art d' accoucher, à Basle 1774. T. I. p. 61 — 68.

2do Ad partum vocatus, quin adſit periculum in mora, explorationem differat, donec adjuncta eam popoſcerint: plurimae enim feminarum opinantur, ut primum exploraverit Obſtetricans, et partum, etiam naturalem mox eſſe vel abſolvendum vel ſaltim promovendum p).

3$^{tio.}$ Si gravida vel parturiens, intempeſtivo pudore prohibita aut ſtulto et ridiculo praejudicio capta eſt, rei neceſſitatem obſtetricius ei ob oculos ponat et adhortatione commovere ad eam admittendam ſtudeat omni, qua fieri poteſt, humanitate atque prudentia.

4$^{to.}$ Pertinacem omnemque explorationem nihilominus reſpuentem, praeſtat ſuae ſorti relinquere, quam incerta molimina tentare: nam

5$^{to.}$ prudentis medici aeque ac ſagacis obſtetricii eſt, nil niſi praevia exploratione, moliri.

6$^{to.}$ Parcat operator pudicitiae, optimo ſexus ſequioris ornamento. Perficiat omni, qua par eſt, modeſtia et gravitate poſtulatam operationem, ne tener pudicititae ſenſus provocetur, atque ita femina eam recuſet. Caveat ſemper, ne et caſu removeantur veſtimenta, immo occurrat denudationi panno peculiari.

7$^{mo.}$ Aggrediatur rem leni et cauta manu, ne partibus explorandis ulla violentia inferatur. Provideat, ne improviſo clitoridem irritet, aut crinibus involvantur digiti, quo dolor efficeretur. Hoc evitabis, illos ac labia digito explorante paululum reclinando et extendendo et digitum in vaginam a perinaeo, introducendo, ut inferius docebitur.

8$^{vo.}$ Manus vel digiti explorantes, unguibus praeſciſſis ſint, beneque purgati ab omni irritamento e. gr. pulvere ſternutatorio, ſi eo utitur operator. Inungantur halitu, pinguedine, butyro inſulſo, ſaliva

p) Alienum hic loci non eſſe putem, remedii mentionem facere, quo inter explorationem dolores ad partum excitari poſſunt, nempe preſſione in ligamenta ſacro-iſchiatica. Ipſe ſaepius expertus ſum bonum effectum hujus remedii ſimpliciſſimi, ab illuſt. Praeceptore jam laudati. Vid Baudelocque's Entbindungskunſt. 2 Th. p. 260. not. e.

vel alia quacunque ſubſtantia, ſeu oleoſa ſeu mucilaginoſa, ut eo magis lubrici, ſine ullo dolore vaginam ineant, nec facile, ſi ſuſpicio virus ſubſit vel vulnus quamquam leve in digitis explorantibus, vel ab hoc vel ab ipſis poris virus reſorbeatur.

9no. Quamdiu explorare poſſumus uno digito, eoque indice praeceteris, numquam plures intromittantur.

10mo. Exercitatio, ſicut in omnibus rebus, ita et in arte explorandi, optima eſt magiſtra, qua ſine, omnia praecepta inutilia et fruſtranea q). Hinc toties, quoties fieri licet, equidem magno cum fructu in cadaveribus, virginibus, in gravidis et non gravidis inſtituatur.

11mo. Semper, ſi licet, explorationi relaxatio muſculorum abdominalium, depletio veſicae urinariae et recti praemittatur. Quae cautelae obſervandae, ut eo facilius ad uterum pertingamus ejusque conditio nobis innotescat, praeſertim incipiente graviditate. Nam repleta inteſtina et veſica, ſicut et tenſio naturalis muſculorum abdominalium, aeque ac voluntaria in iis, quae graviditatem diſſimulare ſtudent, magna ſunt in explorando impedimenta.

12mo. Adſueſcat obſtetriciae arti ſtudens, explorationi ſiniſtra manu eadem promptitudine, qua dextra inſtituendae, ſive ea a poſteriori ſive ab anteriori, in hoc aut illo ſitu, ſit inſtituenda.

13^tio. In explorando habeatur ſimul ratio conditionis pelvis ceterarumque partium circumſitarum.

14to. Non omnes feminae eadem dexteritate explorantur. Faciliori negotio macilentae et quae plures jam ediderunt partus; difficiliori primi-

q) Hoc argumento ut Deventer et Puzos defendat Baudelocque, utitur ſcribens: Si Deventer et Puzos, qui ont donné des preceptes importans ſur cet objet, paroiſſent avoir laiſſé beaucoup de choſes à deſirer, c'eſt qu'ils ont reconnu, comme bien d'autres, que rien ne pouvoit dans ce cas ſuppléer a l'exercice. Vid. L'art des accouchemes T. I. §. 372. nouv. edit. à. Paris 789.

primiparae, obesae, hydropicae et bono corporis habitu, quibus sunt rugae prominentes, stricta vagina etc. r) Harum uterus difficillime attingitur, quare eo diligentius et accuratius exploretur.

15. Plane abstineatur ab explorando, vel saltim caute explorentur eae, quae ulceribus, malo venereo, fluore albo maligno, scabie aliisque infectionibus laborant, vel succumbunt menstruationi, dummodo exploratio sine damno differri possit.

16. Examinans suspectam virginem, cujus illibata sit virginitas, suspensa manu exploret, ne hymen destruatur.

17. Exploratio non subito et temere, sed diligenter et circumspecte absolvatur, tam in gravidis, ut de orificii uterini situ et statu deque foetus existentia non nisi certi redeamus; quam in parientibus, quibus praesertim in dolorum intervallo instituenda, nec nisi finito proximo dolore abstineatur, ut eo melius eorum vis et gradus, quin opus sit saepius repetere operationem plurimis molestam, dignoscatur.

§. 14.

His praemissis ad varias instituendae explorationis internae rationes me converto.

Exploratio interna, seu ea operatio, qua sensu tactus, genitalium internarum, partium adjacentium, foetus aliorumque in utero contentorum conditio atque phaenomena, unius pluriumve digitorum, immo totius manus ope agnoscuntur, generatim sequenti modo, pro mea quidem sententia, optime instituitur:

Digitus index s), vel hujus vel illius manus, solus, praemissis praecipue iis, quae no. 8 et 11 §phi antecedentis monui, orificio vaginae inseratur ita, ut ejus parti inferiori prope perinaeum applicetur. Caveat

r) Plura ejusmodi invenies infra, Sect. IV.

s) Medium suadent quidam jungendum; sed rarus inde usus. Vid. Roedereri l. c. §. 257.

tyro, ne a vagina aberrans, indicem ad ani orificium dirigat. At huic errori loci facile occurritur obfervando ea, quae no. 7. §phi 13. dicta reperiuntur. His obfervatis pollex extenfus ante os pubis montemque Veneris dirigatur: ceteri digiti, inter nates perinaeo appofiti t), hoc ipfum lente furfumque premant, atque elevent, ut fi vagina folito longior, (quod faepius accidit) aut orificium nimis altum haereat, quin attingi poffit, vagina evadat brevior, quo altius pertingat index. Hic ita rectus nunc in vagina, leniter et caute ducatur, ne partibus ulla laefio inferatur, neve obviis vaginae plicis, rugis aliisque eminentiis confundatur, donec orificium attigerit, aut obftaculum, quod ulteriorem progreffum impediat. Index fic ad fummitatem vaginae latus, circumcirca ducatur, eoque et ftatus orificii, colli atque fegmenti inferioris uteri, pelvis, vaginae ceterarumque partium conditio inveftigetur. Altera manus abdomini feminae imponatur, tum ut fimul externa exploratione diftenfio et afcenfus fundi uterini, abdominis conditio, motus faltatorius foetus aliaque multa dignofcantur; tum ut leniter deprimatur et figatur abdomen, praeprimis, fi orificium difficile attactu fit.

§. 15.

Alia explorandi methodus ea eft, quae tota manu abfolvitur. Hujus neceffitas iis in cafibus elucet, in quibus ob pelvis anguftiam nec uteri nec foetus partes eo defcendere valent, ut digito indice attingantur. Hoc rariori cafu, ille frequentior occurrit, quo foetus pars objacens vel indice folo non omnis difquiri poffit, vel exactiori fitus ejus examine, directio reliqui corporis foetus determinari. Atque hisce in cafibus praefertim indicata eft methodus jam tradenda. Manus exploratura fit vel dextra vel finiftra, large quoque inuncta. Digiti prius in formam coni compreffi, finguli deinceps ingerantur vaginae, ita ut priores, eam caute dilatando, ceteris viam aperiant atque ita fenfim omnis manus ad orificium

t) Non flexi intra manum haereant, unde genitalibus incommoda preffio, indicis longitudinis diminutio, prae reliquis minus favens explorationi.

producatur: quod ipſum in parturiente optime fit, obtinente doloris ſtadio. Si vero manus in uterum ipſum intromittenda eſt, immittatur ceſſantibus doloribus ad partum, quibus durantibus quieſcat. In dilatando uteri orificio ad immiſſionem manus maxima circumſpectione opus eſt u). Situs, quo haecce operatio, non niſi ex maxima neceſſitate exercenda, facillime, quin dolores cieat, inſtituitur, ſequens eſt. Femina decumbat in lecto transverſe, ſitu tamen magis horizontali, pedibus adductis, genibus elevatis, cruribus divaricatis. Interdum ob uteri obliquitates et laterales et anteriorem et poſteriorem, orificii uterini tactus difficillimus. Tunc juvat pro diverſitate obliquitatis mox ab hoc, mox ab illo latere, mox quoque a poſteriori corporis parte, vel dextra vel ſiniſtra manu explorare. Super his autem inferius de ſitus ſpeciebus. Demum hanc explorandi methodum ſecuturus, evitet omnes inutiles praeparationes, quibus feminae metus incuti ejusque fiducia depravari poſſit, v. c. nimiam brachiorum denudationem, manus ſanguine tinctae oſtentationem etc.

§. 16.

Nec ſilentio premendam cenſeo aliam explorandi viam, nempe explorationem per anum: quae licet plurimis inaccepta, utilis tamen, immo neceſſaria interdum apparet. In obliquitatibus ſcilicet anteriori et poſteriori, in retroverſionibus v), in graviditate extra-uterina, in ſtatu morboſo, quo genitalia non ſine magno dolore et detrimento tanguntur, in ipſo ſtatu morboſo recti aliisque caſibus dubiis magno fructu w) ita peragitur:

u) Conferatur Hamilton Hebammenkunſt. edit. I. P. Ebeling. Leipz. 1782 p. 148 ſeqq

v) Hic interdum multum juvat, immo neceſſe eſt, alterius manus indicem ſimul cum medio in anum introducere iisque fundum uteri ad umbilicum tollere, dum orificium digito indice alterius manus a ſymphiſi oſſis pubis diducere conatur. Vide celeb; Richters chirur. Bibſioth. paſſim.

w) Immiſſionem digiti in rectum et ad evitandam rupturam perinaei et ad promovendum partum commendavit cel. Stein, Anleitung zur theor. Geburtsh. §. 606. Immo fuiſſe dicuntur, qui per anum explorantes, cujuscunque temporis graviditates palam facere, conſueſcerent. Conf. J Bapt. Bianchi de nat in C. H. vitioſa morboſaque generat. Taurini 1747. 8. p. 64.

Index bene illitus provide et leniter, fecundum directionem recti, ab anteriori et finiftrorfum ano ingeratur. Pollex verfus perinaeum; digiti ceteri extenfi adverfum dirigantur. Optimus fitus, in quo hoc modo exploratur, videtur is effe, in quo ad anteriora paullulum fe inclinat femina, fuftinens brachia humeris explorantis, qui altera manu fulcit feminam. Notandum demum, rectum antea faecibus bene purgatum fit clyfmate.

§. 17.

Cum autem diverfus fit explorandarum feminarum fitus, pro eo diverfa quoque explorandi ratio. Explorantur, vel 1) ftantes; 2) dorfo decumbentes; 3) genibus et cubitis innitentes; 4) fellae infidentes; vel 5) in alterutro latere jacentes e. f. p.

Imo. In ftantibus fequentia obfervanda. Femina exploranda coram explorante infiftat pedibus, quantum licet, divaricatis, dorfumque reflexum vel ipfa fuftineat vel melius parieti aut cuipiam adftantium applicet, abdomen et lumbos antrorfum verfus operatorem dirigens. Operator ipfe genibus incumbens aut, fi licet, paullo humiliorem occupans fedem, aut, quod ceteris praeferendum, altero genu humi flexo, altero feminae quam proxime adpofito, quo explorans cubitum manus ejusdem lateris fulciat, ut eo facilius elevetur, indicem modo fupra dicto x) ad perinaeum ducat; altera vero manu tangat et deprimat abdomen. Omnium fane fituum frequentiffimus et aptiffimus ad explorandum exacte, immo interdum et neceffarius eft fitus jam defcriptus. Quae enim afthmate, hydrope etc. laborant, ftantes, corpore prono et cubitis innixae, explorandae funt. Fuerunt quoque, qui ftando ut partus abfolveretur, proponerent y).

x) § 14.

y) Vid. v. c. I. Chr. Themel Hebammenkunft 8. Leipz. 1747.

§. 18.

II[do] Supine decumbentium orificium uteri, praemissis praemittendis, facillime attingi posse putem sequenti modo: Femina incumbat dorso, situ quam maxime horizontali, capite paullulum antrorsum inclinato; extremitates inferiores sint divaricatae, vel extensae, vel, si conceditur, ad abdomen adductae; genua elevata. Inter haec z) manus ducatur ad perinaeum, equidem illa, quae respondet lateri feminae, operatori proximo: itaque mox dextra, mox sinistra pro diversitate situs lecti a). Altera manus imponatur abdomini, vel lumbis superposita, hos attollat, ut eo facilius vaginae axin indice prosequatur atque ad uteri orificium pertingat, praeprimis, si ob uteri obliquitatem anteriorem alia via attingi nequeat. Explorans flectat corpus super decumbentem, quantum sufficiat, ut bene absolvatur operatio. Saepius occurrit necessitas, hoc in situ explorandi: feminae quippe illustris conditionis, omnesque aegrotae, quarum status morbosus hujus operationis ope disquirendus est, in lecto ut plurimum dorso decumbentes explorantur.

§. 19.

III[tio] genibus incumbens femina (vel pro lubitu vel pro necessitate) pectus antrorsum, nates vero sursum dirigat, manibus vel cubitis nixa. Femina ita disposita, a posteriori corporis parte magno cum fructu, praesertim in retroversione uteri, index simul cum digito medio manus, explorandae lateri respondentis, perinaeo applicatur illoque duce ad vaginae parietem anteriorem proceditur. Pollex extensus versus perinaeum et anum, reliqui ambo digiti vel extensi

z) Non ergo sub inflexo crure lateris exploranti proximi, ut vult Roederer, in Elem. art. obst. §. 259. — Jacobs, école pratique etc. Chap. IX. planch. VII. fig. 1, aliique.

a) Et ex his apparet necessitas, utramque manum in hoc negotio exercendi.

ex adverſo ad regionem pubis dirigantur, vel in palmam manus hoc unico caſu utiliter flexi, ad perinaeum ducantur, illud elevaturi, ut eo altius aſcendere liceat nec impediatur tactus uteri, digitis extenſis et arcu pubis offenſis. Altera manu abdomen ſuſtinere juvat. Hic vero explorandi modus convenit, ſi femina prae pudicitia aliam explorandi methodum recuſat, ſi orificium aequo altius, ſi uteri obliquitas poſterior, retroverſio etc. adſint. Tamquam commodiſſimum laudavit hunc ſitum prae ceteris Hornius b); at male, ſiquidem ob nimis propendens abdomen gravidae aut ob alias cauſas, ad anteriora flectere pectus, datum non ſit.

§. 20.

IVto. Quae non niſi ſellae aut lecto inſidens explorari ſe ſinat femina, inſideat extremo hujus aut illius margini, dorſo quantum fieri poteſt, reclinato, ita, ut vaginae aditus pateat. Explorator ante eam vel ſellae paulo humiliori inſideat, vel genu alteri incumbat. Exploratio hoc ſitu inſtituenda ſaepiſſime occurrit: nam obſtetricantis auxilium plerumque tunc demum imploratur, quum parturiens jam per longum temporis ſpatium in ſella ad partum cruciata et ſic defatigata eſt, ut illam vix relinquere poſſit. Quod reliquum eſt, ipſa exploratio in hoc ſitu ſpeciali, eo, quem §. 14. definivimus, modo inſtituatur.

§. 21.

De exploratione dorſo incumbentium, optimo ſitu ſpeciali lecto incumbentium §pho 18 jam locutus ſum. Quoniam autem alii, praeter hunc ſuperſunt ſitus, nempe

b) In libro: die durch Fragen und Antworten treulich anweiſende Wehmutter. p. 298, ſeqq. et p. 340. In quibusdam partubus difficilibus, commendarunt hunc ſitum Levret, Suite des obſervations p. 23. et Roederer in Elem. ar. obſt. §. 393.

Vto. uno vel altero latere decumbentium c); eſt ut de his pauca proferam. In obliquitatibus uteri lateralibus aliisque caſibus, incumbat femina vel huic vel illi lateri, atque operator vel dextra vel ſiniſtra manu a poſteriori corporis parte operationem ſequenti modo inſtituat: et quidem A latere dextro, dum corpore ſuper feminam flexo, ob uteri obliquitatem dextram ſiniſtro lateri incumbentem, a poſteriori inter femora manum dextram ducit ad vaginam, in quam demittitur index directione obliqua modo ſupra dicto. Siniſtram manum imponat abdominis parti dextrae, in qua jacet fundus uteri, quem leniter deprimat. Femina autem femora divaricare et genu dextrum adducere moneatur. A ſiniſtro latere, exploratio mutatis mutandis eodem modo fit. A poſteriori vero, dum vel ex pudicitia vel ob uteri obliquitatem poſteriorem etc. abdomini incumbit femina; tum explorans pro diverſitate ſitus lecti, mox a dextra, mox a ſiniſtra accedat et vel hac vel illa manu exploret ad modum §pho 19. praeſcriptum.

§. 22.

De reliquis minus ſolitis ſitus ſpeciebus, ex diverſa rerum conditione magis vel minus proficuis, fuſius hic agere non vacat. Quoniam autem in detegendis partus impedimentis, quae ſui rationem vel in matre vel in foetu etc. habent, plurimum valet explorationis negotium, ejusque utilitas ac neceſſitas hisce in caſibus ſeſe praecipue exſerit, dum niſi praevia illa, vel neutiquam vel ſaltim non ita clare innoteſcant obſtacula nec conveniens et certa iſtis medela opponatur; ſuperfluum et ab inſtituto alienum non erit, plurima eorum, quamquam breviter, ſequenti tangere Sectione.

c) Angli ſuas parturientes pulvinar inter crura tenentes, ſemper in eo ſitu explorant et parere ſinunt; quod ſane non imitemur.

SECTIO II.

Partus nonnaturalis divifiones fecundum ejus caufas, deque diagnofi fitus praeternaturalis foetus quaedam in genere.

§. 23.

Variae funt partus divifiones, quarum alii alias fequuntur. Omnes hasce diverfitates enumerare et eruere, hujus loci non eft, quamquam cujusvis modo majorem modo minorem in obftetricia practica utilitatem concedo. Ad duas autem claffes generales omnes partus fcite referuntur, funtque vel naturales vel praeternàturales feu anomali.

Naturalis dicitur, qui folius naturae ope facile et brevi tempore perfici et poteft et debet; in quo nullum obftaculum, nulla conditio nec refpectu matris nec foetus etc. quae artis auxilia poftulent. Hujus maxime fani feu naturalis partus requifita et figna Celeb. Roederer d) Stein e) Hagen f) Baudelocque g) aliique h) ita tractarunt, ut nil fere, quod addas, fuperfit. Partus hic, omnium frequentiffimus, unicus fui generis et bafis, ex quo apparet, qui fenfu generaliffimo praeternaturalium nomine falutentur.

§. 24.

Horum autem partuum magnus eft caufarum numerus, majoris vel minoris momenti, quae 1mo) a matre; 2do) a partibus inter matrem et foetum,

d) Elem. a. ob. Cap. viii et x.

e) Theor. Geburtsh. IV. Abfchn. 6 und 7 Cap.

f) Pract. Geburtsh. T. 1. p. 74.

g) L. c. T. I. Part. II. Cap. 1 p. 291 feqq. ed. 1789.

h) Saxtorph, Erfahrungen die vollft. Geburt betreff. aus den Daen. Kopenh. 1766. — Roemer, partus naturalis brevis expofitio. Goett. 1786. — I C Berger de perfectiffimi enixus fignis. — Th. Denman's, Effay on natural labour. Lond. 1786 8.

foetum, quae faciunt nexum; 3tio, ab obſtetrice improvida et naturam turbante, et denique 4to, a foetu ipſo oriri poſſunt i).

I. In matre, quae faciunt partum praeternaturalem, cauſae ſequentes praecipuae:

A. Vitia organica et morbi locales genitalium matris k):

1. Pelvis, vel totius, vel quarundam eam conſtituentium partium l);

2. Labiorum vulvae: e. gr. inflammata, oedematoſa, tumoribus, aut exereſcentiis obſeſſa, nimis rigida, coalita etc.

3. Vaginae: v. c. conſtrictio ſpaſtica, prolapſus, ulcera, tumores, excreſcentiae, calloſitates, anguſtia, clauſura vel hymene vel neogenita membrana, atreſia, etc.

4. Orificii uterini: conſtrictio m), orificium connatum, nimis hians, calloſum, rigidum, prolapſum, aliaque ejus vitia.

5. Ipſius uteri: ejusmodi ſunt prolapſus n), inverſio o), obliquitates p), ruptura q), perforatio, ſcirrhi, ſteatomata, polypi aliique uteri gravidi morbi.

i) Cum plurima et matris et foetus vitia organica ſimul impedimenta in dignoſcendo ſint, fuſius de his Sectione IV. loquar, dicta obſervationibus probaturus.

k) Conf. A. F. Walter, de organis generationis femineis vitiatis. Lipſ. 1728. 4.

l) De quo adeas inter alios P. Camper, demonſtr. anat. pathologicarum Lib. II. C. 1. Büchner reſp. Schiffert, de difficultate pariendi ex mala conformatione pelvis. Halae 1756. F. Thierry, Diſſ. de partu difficili ex mala conformat. pelvis. Arg. 1764. in Sandifort Theſaur. T. III. — H. Ioerdens, Diſſ. de vitiis pelvis mulieb. ratione partus. Erl. 1787.

m) Iſtiusmodi permulta exſtant exempla apud obſervatores: evolv. v. c. Mauriceau l c. obſ. 305. Smellie, l. c. Collect 31. obſ. 6. aliosqne.

n) Memorabilis uteri gravidi prolapſi obſervatio legitur apud I. Mülner, Wahrnehm. einer nebſt d. Kinde ausgefallenen Gebärmutter. Nürnberg. 1771. m. k. — Vide Becher in Starks Archiv, B II. 2. p. 136. — Jalouſet, Journal de Medec. et Chir. Tom. XLIII.

o) Evolv. Henkel in Comm. N. C. T. III. obſ. 11. — Ruyſch l. c. obſ. 10. Fig. 12.

p) Non pauca ejusmodi exempla ab autoribus de arte obſtetricia, prodita leguntur. Vide inter alios, Mauriceau, l c. obſ. 18. et 683. — Deventer l. c. Cap. XI. — van Doeveren, obſ. acad. p. 163. — Müller, de partu difficili ex ſitu uteri obliquo. Argent. 1731.

q) Cranz, Comm. de rupto in partus doloribus utero. Viennae 1766. — De ſignis diagnoſticis et prognoſticis uteri rupturae vide Steidele, Lehrbuch von den Gebr. der Inſtrum. p. 95 et 201, ſeqq.

B. Alia in corpore matris a ſtatu ſano decedentia. Ejusmodi ſunt: plethora, irritabilitas, rigiditas, debilitas, ſpaſmi, vel univerſales vel partiales; vitia organica et morbi partium viriumque magis vel minus in partus actu adjuvantium, quales ſunt prolapſus ani, haemorhoides coecae herniae, hydropes, aſthma, tympanites, phthiſis, lues venerea, calculi veſicae urinariae, hujus ventriculi et inteſtinorum nimia repletio; ſitus incommodus parturientis, aliaque multa r).

§. 25.

II. Partus impedimenta, quae ſui rationem habent in partibus, quae nexum faciunt inter matrem et foetum, ſequentia praecipua ſunt:

A. Vitia funiculi umbilicalis: e. gr. quod ſit nimis brevis, longus, circa collum contortus, prolapſus vel ſolus vel cum aliis partibus ſimul, etc. s)

B. Placentae ſitus praeternaturalis: placenta incluſa, oblata, ſponte et praemature ſoluta, in utero relicta, degenerata vario modo, utero praeternaturaliter adnexa t), etc.

C. Membranae rariſſime quidem partus impedimenta ſunt; eas interdum tamen, ſi nimis craſſae, tenues, vel alio modo a ſtatu naturali aberrantes ſint, partus nonnaturalis cauſam eſſe poſſe, obſervationes teſtantur. Idem valet de

D. Aquis, ſi nimis magna vel exigua earum copia et effluxus nimis praecox ſit.

r) Horum partus impedimentorum permultae exſtant obſervationes, quas hic enumerare ſupervacuum et nimis longum foret; cum noſtra aetate omnium fere frequentiſſime occurrant.

s) Vid. Hebenſtreit, funiculi umbil. hum. pathologiam, Lipſ. 1737.

t) Notabiles placentae penes ligamentoſae uteroque concretae, obſervationes reperiuntur relatae a Fielitz in Starcks Archiv, B. II. 1 C. p. 66. — Teuner ibid p. 136. a Stöller Beobachtungen u. Erfahr. Gotha 1777. Ruysch, in adverſ. anatom. not. X. aliisque.

§. 26.

III. Ab obſtetrice, immo ab ipſis obſtetriciis incautis et imperitis partum impediri, inque praeternaturalem et difficillimum mutari poſſe, triſtiſſima exempla docent u): equidem

A. vel omittendo, e. c. explorationem, ſuſtentationem perinaei et centena alia; vel ſaepius

B. nimis committendo, cujus generis ſunt, aequo maturior velamentorum diſruptio, incauta et noxia attractio, luxationes et fracturae partium foetus, caput humeris avulſum, laeſiones matris, etc.

§. 27.

IV. Foetui quae debentur partus nonnaturalis cauſae, ſunt omnium plurimae et ſcitu maxime neceſſariae. Praecipuae earum oriuntur

A. ex mala foetus ejusque partium proportione et conformatione v), equidem

1. Aberrationes totius a ſtatu naturali ſunt: foetus, magnitudinem debitam excedens w), oedematoſus, bicorporeus, mortuus, putre-

u) Ex vaſto illo numero ejusmodi exemplorum, quem ipſe pluribus obſervationibus recenter ab illuſt. Meckelio factis, augere poſſem, ea tantummodo memorabilia ad probandum illud hic eligo, quae leguntur apud Juſti, Vide Starks Archiv B. I. 2. p. 49. Wegelin, ibid. I. 4. p. 106. — Alix obſerv. chirurg. Faſc. II. Wrisberg in Comm. de uteri reſectione etc. Goetting. 1787; quorſum etiam congruentes obſervationes ſpectant, quae apud Ruyſch l. c. obſ. 26; in Eph. germ. D. I. an. VII et VIII. obſ. 73. et apud alios reperiuntur.

v) Hic praeter alios inferius Sect. IV. allegatos confer. in genere Halleri opuſc. min. T. III. Lauſ. 768. 4. Ejusdem opuſc. pathol. Ibid. 768 8. — Bauhini, Bartholini, Boneti Borellii, Liceti, Littre, Lemery, Schenkii a Grafenberg, Winslowii aliorumque huc ſpectantes obſervationes.

w) Conf. memorabilem foetus XVI. librarum hiſtoriam partus cel. Hagen in Starks Archiv II. I. p. 32, ſeqq. Fere omnino aequalem partum, difficillimum ob foetum, magnitudinem ſolitam quam maxime excedentem, ſimul cum difformitate pelvis in apertura ſuperiori, obſervavit ante ſeſqui annum cel. Meckel. — De duabus familiis quarum infantes fere omnes quini deni pondus librale excederent, vide Sander, neuſte Mannigfaltigkeiten; II. Jahrg. 4. p. 735.

dine et morbis destructus, induratus, semiosseus alioque modo difformis.

2. Singularum partium difformitates. Hujusmodi sunt capitis vitia x), ejus magnitudo excedens, hydrocephalus vel universalis vel partialis; tumores varii, ossificationes in fontanellis et suturis, caput duplex etc.; trunci et extremitatum difformitates y), v. c. humeri nimis lati, corpus hydropicum vel alia ex causa tumidum; tumores et excrescentiae partiales z), membra superflua aliaque multa.

B. Ob numerum insolitum: observati sunt duo, tres, rarius quatuor a), quinque b) immo sex c) foetus in utero.

C. Ob foetus situm perversum, praeternaturalem: equidem

1. Extra uterum, in ovariis d), in tubis e), in abdomine f);

2. In utero ipso, at vel per longius solito tempus g) vel situ a naturali aberrante: qui partus sensu strictiori praeternaturales appel-

x) Kaltschmidt, de variis partus impedimentis ex capitis vitio. Jen. 1757.

y) Leontowytsch de partu praeternaturali ex vitiis trunci foetus. Argent. 1766.

z) In Act. Edinburg. T. V. no 37. narratur de foetu ad ilia usque jam excluso, qui ob tumorem cysticum ulterius extrahi non potuit.

a) Schuster, Genesis quadrimelli Chemnitz, 739. 4 Haller Elem ph. T VIII. p. 457. — Journal von und für Deutschl. 1784.

b) Starks Archiv. I. p. 186. Ibid. II. 2. p. 149.

c) Novellis publ. Hamburg. May 1786. narrabatur observatio sex ab uxore tentoris in pago Janowitz enixis infantibus.

d) Conf. Haller l c. T. VIII 46 — Boehmer, obs. anat. Fasc I. — Comm. of a Society in Edinb. T. V. art. 23. — Baldinger's, N. M. IV. p. 17 — Jacquinelle, Memoires de Berlin. ann. 1785. aliique.

e) Haller l. c. p. 47. — Boehmer l. c. Fasc. II. n. 1. — Medic. observ. and. inquir. Lond. T. III. 341. — Fritze de concept. tubaria. Arg. 1779. — Corvinus de eadem materia. Ibid 1780. etc.

f) Evolv. Haller, l. c. T. VIII. — Phil. Trans. nr. 460. — Sandifort, obs. anat. path. T. II. p 35 et 76 — Plurimas hujusmodi observationes invenies apud Josephi, de conceptione abdominali, etc. Goett. 1784. c. fig. Memorabilis hysterotomiae feliciter institutae casus, legitur apud Deafe, Bemerkungen über d. Entbl. p. 221, seqq.

g) Et hujus generis permulta reperiuntur exempla apud observatores. Evolvas v. c Haller, Diss. pract. I. IV. p 757. Phil. Trans. II 181. III. 101. Lieutaud, hist anat med. edit. Schlegel, Vol. I. obs 1453. Breslauer Samml. 1720 Hist. de l'acad. des Sc. de Paris 1756. — Rousset, Mem. phys. à Paris 1782. II. 9. aliique.

stantur. Cum horum partuum signa diagnostica inferius pertractare, mihi animus est, hic fusius de illorum classificatione loqui liceat.

§. 28.

Innumeri sunt perversi illi modi, quibus foetus in uteri ostium prodire potest, et partus mox magis mox minus difficilis et laboriosus fit: nam nulla fere in corpore foetus regio, quae non vario modo ad orificium uteri converti possit. Hinc majoris perspicuitatis causa omnes in ordinem et formam tabulae redegi. Me autem a solitis classificationibus declinasse et proprium systema condidisse, mihi ignoscetur, cum eo ductus fuerim, partim ne ullum situm omitterem, partim cum alia proposito nostro non aeque apta reperirem. Verum tamen ut eo majori perspicuitate et brevitate signa quaecunque variorum situum enumerarem, omnes divisi in duas classes, quarum prior homogeneas infantis partes, modo perverso ad orificium uteri conversas, continet. Hanc subdivisi in tot ordines, quot corporis humani regiones eminentiores sese offerunt. His adjeci ordinem octavum, qui continet extremitates decussatim prolapsas. Priorum quinque ordinum genera, quaternas facies cujusvis regionis generalis exhibent; partus vero verticales ad ordinem primum retuli: quare illum in quinque subdivisi, cum ceteri quatuor, modo quaterna genera habeant. Hanc vero regulam in sexto, septimo et octavo ordine non omnino prosequi potui: hinc diversus in his ordinibus generum numerus. Ordo sextus nempe, seu partus extremitatum inferiorum, sex habet genera pro variis earum vel singulatim vel conjunctim praeviis partibus. In totidem genera dissecui septimum ordinem, prout, vel manus vel protuberantiae cubiti vel singulae vel binae, vel a dorso vel a pectore vel e latere prolapsae sunt. Ordo octavus constat quatuor generibus, quatenus nempe praevios pedes, genua et manus vel super pectus vel in dorso foetus se decussantes exhibet. Praeterea, ut repetitiones inanes vitarem, nec ordinis sexti et septimi genera nimis augerem, horum generibus singulatim praelapsarum partium, subdi-

visiones binas adjeci, prout vel pars dextra vel sinistra praevia. Cujusvis generis species ad quatuor redegi, secundum directiones diversas partium praeviarum ad pelvim vel in diametro antera — posteriori vel in transversa aperturae superioris, excepto unico genere quinto ordinis primi, cui quintam et sextam speciem addere necessum duxi, cum hae saepissime occurrant.

Illum vero specierum numerum facile ad octonarium augere potuissem, additis quaternis situbus in diametris obliquis, quod praesertim in primo ordine maximo jure et usu observassem, (quum ab horum situum accuratissima diagnosi, eo cautior vectis et forcipis applicatio pendeat) nisi partim timuissem, ne copia, vagaque subtilitate lectorum patientia abuterer et tempus laboremque perderem; partim persuasum mihi fuisset, eum, qui signa specierum enumeratarum bene perceperit, facillime percepturum et similes, sive analogas. Cetera ad species hujus Classis notanda, ipsa docebit Tabula a.

§. 29.

Classis secunda complectitur situs praeternaturales compositos et mixtos. Hos ad sex ordines redegi, quorum priores tres, unius foetus partes diversas; ceteri, plurium foetuum partes simul vel perpendiculari vel transverso foetus situ prolapsas exhibent. Priorum trium ordinum permulta exstant apud observatores exempla: plurimi enim horum situum haud rarius ac illi primae classis occurrunt: hinc sane scitu aeque digni. Posteriores quidem non saepius observantur, nam gemelli etc. non minus in utero recte haerent, ac unicus foetus. Quivis plerumque suo includitur ovo, et alter ut plurimum super altero ita collocatus est, ut posterior ad uteri orificium non prius perveniat, quam prior exclusus fuerit. Interdum tamen et hujus regulae exceptiones observatas et plures

foetus communibus velamentis inclusos fuisse, testantur auctores g). Saepius vero accidit, incauta vel imperita manu velamenta eorum disrumpi atque inde ejusmodi situs mixtos oriri.

Cuique ideo statim apparebit infinitus hujus classis partuum, quotcunque exstare possunt, generum et specierum numerus: quem hinc ita disposui, ut nec nimium aberrarem ab ordine primae classis, nec quid omitterem, quod notari mereretur, quin jam dicta repeterem aut fusus fierem. Conferas Tab. b.

§. 30.

Praeter has enumeratas partus nonnaturalis causas, quae eum pro rei diversitate mox magis vel minus difficilem et laboriosum; mox simplicem mox compositum; praecocem vel serotinum etc. faciunt, multae aliae ab observatoribus referuntur. Has earumque signa tam generalia quam specialia, quantum fieri licet, noscat obstetricans, ne statum praeternaturalem falso habeat pro naturali, difficilem pro facili, neve omittendo peccet, fretus auxilio viribusque naturae medicatricibus. Saepius enim naturae nimium confidimus, et tunc maximo jure laudata sic dicta methodus exspectans fit incerta, noxia et periculosa. Sicuti enim partum naturalem signa praecedunt, ita et praeternaturalem, quae nos doceant, an partus appropinquet et qualis sit. Nec horum sit ignarus artem obstetriciam exercens nec exspectet, donec ex cessantibus doloribus aliisque phaenomenis praeternaturale quid suspicetur, sed exploret antea perpendatque singula. Eo modo satis edoctus, quale adsit impedimentum, caute et cum dilectu, quae fieri possunt, adhibeat ad occurendum illi: et sic nec secura inertia nec nimis accelerata praecocique sedulitate peccabit suaque culpa partum praeter necessitatem nec proferet nec omnino difficilem reddet.

h) Baudelocque l. c. B. II. p. 309, seqq. — on Midwifery. Col. XXXVII. obs. 4, seqq. Smellie, Collection of cases and observat. aliique.

§. 31.

Priusquam vero ad tertiam dissertationis sectionem progrediar, liceat quaedam praemittere, partim quae pravae interpretationi praecaveant, partim quae serviant ad meliorem sequentium intellectum.

Partus praeternaturalis signa diagnostica exhibent assidua phaenomenorum naturae observatio, exploratio abdominalis et prae his certius et distinctius partium praeviarum diagnosis. Hinc cognitio et accurata distinctio partium et singulatim et conjunctim ad orificium uteri conversarum, earumque situs ad pelvim, ad primas sane artis obstetriciae practicae doctrinas referendae. Ab his enim pendet bonus partus praeternaturalis successus, iisque neglectis, obstetricans in tenebris oberrabit atque incerte et temere suo officio fungetur. Quae cum ita sint, mirandum sane, paucos tantum scriptores hanc doctrinam in scriptis de arte obstetricia tetigisse, inter quos prae ceteris Crantz i) et hoc duce, Cel. Stein k) excellit. Horum eximii labores otium nobis fecere in omnibus exponendis, quae huc pertinent. Meum itaque studium id potius sit, ut eam diagnosis hujus partem, quae doctrinam de signis diagnosticis partuum praeternaturalium ex partibus foetus ad orificium uteri conversis tradit, minutius solito secundum ordinem ante definitum exhibeam.

§. 32.

Dictas foetus partes agnoscimus interdum omnino inspectionis, ut plurimum vero explorationis internae ope jam ante effluxum aquarum, distinctius autem post illum inter et post dolores ad partum. Haec igitur prae ceteris instituenda. Caveat autem explorans, ne rudi opera, praemature et maximo cum detrimento disrumpat velamenta: immo, licet de situ

i) Einleitung zur Hebammenkunst. Wien 1756.

k) Practische Anleit. zur Geburtshülfe. p. 7. seqq. Cassel, 1777.

ſitu praeternaturali jam convictus ſit, tamen non minus caute cum iis verſetur: ſaepe enim praeſtat, hoc negotium per aliquod temporis ſpatium differre, tum praeſertim, cum ob liquoris amnii eximiam copiam, ob ſitum uteri in alium facile mutandum, ob foetus ipſius vegetiores motus, ſitus perverſi mutatio in meliorem ſperari poſſit. Hinc abſtineat quoque ante effluxum aquarum a ſitu accurate et cum certitudine definiendo: his enim majori copia praeſentibus, ſitus centies mutari poteſt. Si autem plures partes ad orificium uteri converſae eſſent, v. gr. caput cum funiculo etc.; illo ſatis dilatato, velamenta diſrumpantur, cum, ut eo melius ſitus dignoſcatur, tum, ut quae deſcenſum capitis impediunt, ſemoveantur. Haec vero omnia caute atque exacte perpendat diſquiratque, ne exiſtimatis deceptus, affinia et ſimilia iis, quae diverſi generis ſunt, temere immiſceat.

Cum denique ab accerſito obſtetricante, ut prae ceteris ſtatum atque eventum pariturae et partus praeſagiat, poſtuletur: conſilii eſt, plurimis ſaltim in caſibus, non certo ſed probabiliter tantummodo praedicat, ne famae ſuae obſit, aut parturientem vana decipiat ſpe. Certior vero factus de malo ſitu foetus, hunc, quantum fieri poteſt, celet ipſi parturienti: at cognatis ſeu adſtantibus aperiat, ſibi famaeque ſuae conſulendi gratia.

§. 33.

Quum vero ad artem feliciter et ſecundum regulas exercendam, ſola cognitio partium praeviarum earumque directionis non ſufficiat, ſed et ſitum latentium ſcire neceſſe ſit, ut recte et bono cum eventu verſio inſtituatur et vel vectis vel forceps adhibeantur; generalia quaedam axiomata, quae quamquam non ſemper ſecure ducant (ut infra Sect. quarta docebo) plurimis tamen in caſibus errorem arcent, praemittenda exiſtimo. Ad latentium partium longe difficilem interdum diagnoſin rite ſtruendam, prae reliquis juvat partium praeviarum diſtinctio, quam mox promovet phantaſia,

a cognitione nexus et mobilitatis partium foetus adjuta: quod eundo per ſingula quaedam, evidentius fiet.

Partes, quarum ſitum ut ſcias et ex directione praeviarum dijudices, plurimum tua intereſt, ſunt: caput, facies, dorſum et pedes. Jam vero caput et pedes fines oppoſiti ſunt axis longitudinalis foetus: ſemper hinc ſitu oppoſito reperiuntur. Si ergo caput ad os uteri converſum ſit, pedes ad fundum collocantur; ſi caput poſteriori, pedes anteriori loco haerent; ſi illud dextrorſum, hi ſiniſtrorſum, e. s. p.

Faciem latentem prodit oppoſitum ipſi occiput et partes faciei poſterioris foetus. Occipite, nucha, etc. e. gr. praeviis, facies ſuperior eſt; illis antrorſum ſitis, haec retrorſum; haec contra anterius ſita ſunt, illis poſterius directis; e. s. p.

Dorſi ceterarumque faciei poſterioris partium ſitus ex directione faciei anterioris foetus dijudicantur. Illae his reſpondent. Praeviis pedibus v. g. directio faciei, pectoris et abdominis reſpondebit illi calcis; occipitis vero et dorſi ut plurimum illi digitorum. — Ex prolapſa manu agnoſcitur, caput minori quam pedes ſpatio ab orificio uteri diſtare; ex directione dorſi et volae, pollicis et digiti minimi manus vel a latere vel a pectore propendentis, concluditur ſitus dorſi, pedum, capitis et quae manus ſit praevia. Pollici nempe reſpondent pedes, digito minimo caput, etc.

Quibus axiomatibus, ad noſtram partuum praeternaturalium claſſem primam applicatis, inveniemus v. c. pedes in toto primo et ſecundo ordine ad fundum uteri directos; anterius directos in ſingulis primis ſpeciebus, exceptis illis, in quibus ipſi praevii, poſterius in ſecundis, ſiniſtrorſum in tertiis, dextrorſum in quartis: caput ergo ſitu his oppoſito jacet. Facies poſterius ſita in ſingulis primis ſpeciebus generis 1mi, anterius vero directa reperitur in ſingulis ſecundis ſpeciebus ejusdem generis. Dorſum ante-

rius converſum reperimus in quavis quarta ſpecie generis tertii et in tertia quarti generis priorum quinque ordinum: poſterius ergo directum in qualibet tertia ſpecie generis tertii et quarta quarti generis eorumdem ordinum. Plura tabulae examinatio docebit.

Praemonitis, quae ſcopo noſtro ſufficere videbantur, ſit nunc

SECTIO III.

De diagnoſi partuum praeternaturalium ſecundum eorum claſſes, ordines, genera et ſpecies.

§. 34.

Signa generaliora partus praeternaturalis habentur: ſi abdomen non, ut naturae convenit, elevatur et ſubſidet; ſi ejus tumor non rotundus, ſed inaequalis eſt; ſi mox in hoc mox in illud latus magis vel minus diſtenditur et dolores vel validi vel aequivoci ſunt. Inſtituta exploratione interna, orificium uteri reperitur altum, laxum, inaequaliter et plerumque elliptice apertum; veſica eſt laxa, magna et late expanſa, propriis viribus vix rumpenda, praeſertim ſi foetus in transverſum jaceat; mox reperitur ſphaerica, mox conica, oblonga, inteſtino haud abſimilis ex uteri orificio, quin immo nonnumquam hac in forma extra ipſam vaginam propendens. Rupta illa, plerumque magna liquoris amnii copia, interdum meconio tincta, ſimul profluit, quem aquae torrentem, laticis ſtillicidium continuo rivo inſequitur. De foetu, ſitum v. c. tranſverſum tenente, rariſſime aliquid attingis: ſi vero ejus caput ſitu praeternaturali praevium ſit, illud vel plane non, vel lente deſcendit et difficilius, quam in naturali ſitu, digito attingitur, et diutius ſupra pelvim moratur.

§. 35.

Primum ordinem ſeu caput praevium deſignat veſicae forma, magis vel minus rotunda et hemiſphaerica, quam formam mox ad rupturam usque ſervat, mox in conicam commutat. Rupta veſica, caput agnoſcitur ex corpore tactui rotundo, duro, plus minusve convexo, plano et inaequali. Suturae, fontanellae ceteraeque ſingulae ejus partes ad orificium uteri converſae; mora et immobilitas capitis in ſuperiori pelvis apertura, licet vehementiſſimi et frequentiſſimi dolores urgeant — quo caput inſigniter oblongatur atque intumeſcit — confirmant praeternaturalem ejus ſitum. Genera et ſpecies capitis praeternaturaliter praevii, ſequentia ſigna diagnoſtica indicant.

Genus primum, ſeu faciem eſſe praeviam, facile cognoſcitur — dummodo illico ab aquarum defluxu exploratio inſtituitur, tum enim partes necdum intumuere, nec inde cognitu difficiliores factae ſunt, — ex ſequentibus faciei partibus, puta, fronte, oculis, naſo l) ore m) mento n) et auribus o) externis. In hujus autem generis exploratione caveat explorans, ne rudi manu oculos aliasque partes facile violabiles, laedat. Species hujus generis determinantur ex diverſo partium illarum, praeprimis menti et frontis, ſitu ad pelvim; ſcilicet in

Specie 1ma, frons ad os ſacrum, mentum ac os ad pubem vergunt; naſus atque oculi magis poſterius, aures, ſi tactum non fugiunt, lateraliter poſitae reperiuntur cum lobulis antrorſum directis. In

l) Oculos ex numero, diſtantia directa inter ſe, ex cavitate rotunda, in qua bulbus eminet et ex narium vicinia agnoſcimus; nares vero deſignant eminentia acuta, ſuperius oſſea, inferius latior et mollior, huc illuc mobilis, duo foramina; denique oris rima transverſa in inferiori ejus parte atque oculi in parte ſuperiori

m) Os cognoſcitur ex apertura transverſa, ex labiis, ex contentis, lingua et mandibulis et per nares ſuperius collocatas et mentum inferius diſtinguendum ab inteſtini recti exitu, quocum facile commutari poteſt, ſi ceterae partes ob intumeſcentiam agnitu difficillimae factae ſint.

n) Mentum dignoſcitur ex eminentia ſemicirculari, ex ſitu inter collum et aperturam oris.

o) Aures deſignant figura oblonga, rotunda, eminentiae et cavitates.

Specie 2da, frons ad offa pubis, mentum atque os ad promontorium conversa, nafus cum oculis offi pubis propiores, et lobuli aurium posteriores deteguntur. In

Specie 3tia, facies transverse posita est, ita ut frons ad os ilium dextrum, mentum ad finistrum vergat. Oculorum atque aurium alter versus pubem, alter ad os sacrum directus reperitur.

Species 4ta partes jam dictas situ speciei priori opposito exhibet.

Generis secundi seu occipitis praevii criteria sunt tumor rotundus et durus, in quo protuberantiae, fontanella minor p), sutura lambdoidea q) hujus interstitia membranacea et suturae sagittalis pars posterior reperiuntur. Praeterea nucha hoc genus designat, cujus species ex diversis harum partium directionibus ad pelvim agnoscuntur. In

Specie 1ma protuberantia occipitis et nucha ad os pubis; fontanella minor ad axis pelvis anteriorem partem; crura suturae lambdoideae supra et ad pubem in utroque latere divergendo adscendentes; sagittalis ad os sacrum decurrens, ad fontem pulsatilem majorem usque interdum tactu investiganda, dignoscuntur. In

Specie 2da protuberantia et nucha ad os sacrum, fontanella minor in axi pelvis, crura lambdoideae versus symphises sacro-iliacas et sagittalis antrorsus retrorsum decurrentes sese exploranti offerunt. In

Specie 3tia protuberantia occipitalis et nucha versus sinistram cavitatem iliacam, lambdoideae crura sinistrorsum anterius et posterius adscendentia; sutura sagittalis a sinistra ad dextram directa invenitur.

p) Agnoscitur ex tribus eminentiis, figura triangulari et confluxu suturae lambdoideae et sagittalis, formantium litteram Y, quam figuram et cutis plicae offerunt.

q) Suturas agnoscimus ex plicis cutaneis, quae ipsarum loco compressione capitis plerumque oriuntur.

Species 4ta partes jam nominatas directione priori speciei opposita comprehendit.

Genus tertium seu capitis latus dextrum indicant planities dura, vertice et occipite minus convexa. De suturis et fontanellis nil tangitur, praeter interstitia membranacea in inferiori parte lambdoideae et coronalis, membranasque inter partem squammosam ossis temporum cum fontanella laterali seu Casserii. Praecipuum itaque signum diagnosticum hujus generis est auris externa, cujus directiones ad pelvim, criteria specierum ejus nobis suppeditant. In

Specie 1ma auris externa in axi pelvis: equidem auris lobus versus ossa pubis; extremitas superior ad os sacrum, helix ad sinistram, tragus ad dextram matris conversus. In

Specie 2da auricula versus os sacrum; auris extremum superius ad pubem, helix versus dextram cavitatem iliacam, tragus versus sinistram. In

Specie 3tia lobulus auris versus sinistram, extremum superius ad dextram matris, helix ad os sacrum, tragus versus os pubis directus. In

Specie 4ta lobulus ad dextram, extremum superius ad sinistram, helix versus os pubis, tragus ad os sacrum respiciens detegitur.

Genus quartum, seu latus capitis sinistrum designant eadem signa, quae pro genere tertio enumerata sunt. Criterium distinctionis genericum non datur; sed genus ex opposita illis directione auris ad pelvim in qualibet specie agnoscitur. Scilicet in

Specie 1ma lobulus anterius, extremitas superior posterius, helix versus dextram, tragus versus sinistram matris situs. In

Specie 2da lobulus versus os sacrum, extremitas superior versus pubem, helix sinistrorsum, tragus dextrorsum. In

Specie 3tia auricula verſus ſiniſtram, extremitas ſuperior ad dextram matris, helix anterius, tragus poſterius tactu reperiuntur. In

Specie 3ta ſitus priori contrarius.

Genus quintum ſeu ſitus verticales denotant planities convexa, dura; integumenta crinibus plerumque tecta et denique ſuturae et fontanellae, quarum diverſae directiones ad pelvim varias hujus generis ſpecies deſignant. Videlicet in

Specie 1ma fontanella magna r) in anteriori pelvis regione, minor ad os ſacrum, ſutura ſagittalis diametro antero - poſteriori decurrens: tubera frontalia ſupra ſymphiſin oſſium pubis ſe offerunt exploranti. In

Spec. 2da fontanella magna ad poſteriora pelvis, minor ad os pubis directa, ſutura ſagittalis ad pubem aſcendens et tubera frontalia verſus os ſacrum ſita ſunt. In

Spec. 3tia fontanella magna in ſiniſtro, minor in dextro pelvis latere, ſutura ſagittalis diametro transverſa, crura coronalis anterius et poſterius aſcendentia inveniuntur. In

Specie 4ta partes nominatas ſitu oppoſito explorans reperiet. In

Specie 5ta ſutura ſagittalis diametro obliqua, ab acetabulo dextro ad Symphiſin ſacro - iliacam ſiniſtram; fontanella major verſus acetabulum dextrum, minor verſus ſymphyſin ſacro - iliacam ſiniſtram ſita eſt.

Species 6ta dictas partes directione oppoſita continet.

§. 36.

Ordinis ſecundi ſeu colli praevii ſigna diagnoſtica ſumuntur ex ejus forma cylindrica, ſitu inter caput et truncum et praecipue ex parti-

r) Fontanellam magnam deſignant quatuor anguli, figura ejus myrtiformis, ſutura frontalis, ſagittalis et crura coronalis in illam confluentes.

bus propriis ipſique vicinis, larynge nempe, mento, maxilla inferiori, auribus, claviculis, nucha, ſcapulis, humeris et vertebris, pro diverſitate ſuperficiei ad orificium uteri converſae.

Genus primum ſeu faciem colli anteriorem innuunt larynx, mentum, et pars ſuperior pectoris, quam claviculae et exciſura partis ſuperioris ſterni denotant. In

Spec. 1ma collum ſecundum longitudinem ſuam in diametro antero-poſteriori, mentum promontorio oſſis ſacri inhaerens, exciſura ſterni ſuper pubem, ubi et claviculae reperiuntur. In

Spec. 2da collum in eadem diametro, larynx anterius magis, mentum ſuper os pubis, exciſura ſterni et claviculae verſus os ſacrum occurrunt. In

Spec. 3tia collum ſecundum longitudinem diametro transverſa jacet, mentum in cavitate iliaca dextra, exciſura ſterni in ſiniſtra.

Speciei 4tae ſitus oppoſitus reſpondet.

Genus ſecundum ſeu colli faciem poſteriorem cognoſcat explorans partim ex ejus, partim ex ambientibus eam partibus, nempe proceſſibus ſpinoſis vertebrarum colli, difficulter omnino diſtinguendis, margine ſuperiori ſcapularum et protuberantia occipitali. In

Spec. 1ma proceſſus ſpinoſi in diametro antero-poſteriori, ſcapulae et humeri anterius ſuper pubem, protuberantia occipitalis poſterius, aures in utroque latere, ita ut auriculae lobi anterius, extremum ſuperius poſteriorem pelvis regionem reſpiciat. In

Spec. 2da proceſſus ſpinoſi in eadem directione, protuberantia occipitalis anterior, ſcapulae et humeri poſtice, aures eodem loco, at lobulis ad uteri parietem poſteriorem converſis. In

Spec. 3tia proceſſus ſpinoſi colli ſitu transverſo, protuberantia occipitalis ad dextram cavitatem iliacam, ſcapulae et humeri ad ſiniſtram, auris altera anterior, altera poſterior. In

Spec.

Spec. 4ta processus ſpinoſi vertebrarum colli et aures eodem ſitu; ceterae partes ſitu oppoſito reperiuntur.

Genus tertium, ſeu regionem lateralem colli dextram, quae format planitiem mollem, rotundam ſine ullo ſigno characteriſtico, ex ipſius partibus cognoſcere non licet, ſed ejus ſitus inter humerum et partem capitis lateralem una cum aure, clavicula, angulo maxillae inferioris ceterisque partibus ambientibus hoc genus deſignant: at ob ſitum nimis altum in pelvi, tantum integrae manus ope et difficillime dignoſcuntur. Reperiuntur in

Specie 1ma planities mollis et rotunda in diametro antero - poſteriori, proceſſus ſpinoſi in latere ſiniſtro matris, larynx in dextro; latus capitis dextrum verſus os ſacrum, humerus ſuper pubem. In

Specie 2da colli latus in eadem directione; in dextro pelvis latere proceſſus ſpinoſi, in ſiniſtro larynx, ad marginem oſſium pubis pars inferior lateralis capitis; verſus os ſacrum humerus. In

Specie 3tia planities mollis rotunda regionis lateralis colli diametro transverſa, proceſſus ſpinoſi poſtice, larynx et mentum antice, pars capitis lateralis in dextra cavitate iliaca, humerus in ſiniſtra. In

Specie 4ta collum in eadem directione, proceſſus ſpinoſi anterius, larynx et mentum verſus os ſacrum, pars capitis lateralis in ſiniſtro, humerus in dextro matris latere.

Genus quartum ſeu colli latus ſiniſtrum iiſdem dignoſcitur ſignis generalibus, quibus genus tertium. Species hujus generis a ſpeciebus illius ſequenti modo diſcernuntur. In

Spec. 1ma proceſſus ſpinoſi vertebrarum colli in dextro matris latere, larynx et mentum in ſiniſtro. In

Spec. 2da larynx et mentum verſus dextrum ileum, proceſſus ſpinoſi ad ſiniſtrum converſi. In

Spec. 3tia, mentum et larynx poſtice, proceſſus ſpinoſi antice verſus pubem. In

Spec. 4ta, proceſſus ſpinoſi verſus os ſacrum, mentum et larynx anterius.

Cetera ut in ſpeciebus generis tertii.

§. 37.

Ordinis tertii ſigna generaliora ſunt veſica magna, depreſſa et laxa; abdomen quam maxime inaequale. Rupta illa, facile agnoſcitur hic ordo ex ſuperficie plana, magis minusve convexa, omnem pelvis aperturam ſuperiorem explente (ſi dorſum vel pectus praevium), coſtis, claviculis, ſterno, columna ſpinali, humeris, ſcapulis hisque vicinis partibus, ratione hujus vel illius faciei praeviae. Sic

Genus primum ſeu pectus determinant, tenui cute tectae partes oſſeae, ſternum nempe et coſtae in utroque latere, claviculae et collum ſuperius, et inferius abdomen. In ejus

Spec. 1ma, ſternum in directione diametri antero-poſterioris, exciſura ſterni et claviculae poſterius ſuper os ſacrum; cardia cum margine thoracis inferiori utroque ſuper pubem; coſtae lateraliter adſcendunt cum margine convexo antrorſum, concavo ad poſteriora diſtinguendo. In

Spec. 2da, ſternum in eadem directione; at exciſura ſterni cum claviculis anterior; abdomen poſterius. In

Spec. 3tia, ſternum diametro tranſverſa, ita ut exciſura ejus ad dextram cavitatem iliacam, cardia ad ſiniſtram; claviculae dextrorſum, quarum altera anterius, altera poſterius aſcendit, inveniantur. In

Spec. 4ta, omnia ſitu priori oppoſito.

Genus ſecundum ſeu dorſum praevium denotant tumor latus, inaequalis, in quo ſeries proceſſuum ſpinoſorum vertebrarum dorſi, coſtae et ſcapulae offerunt ſe exploranti; in

Spec. 1ma processus spinosi diriguntur ab anterioribus ad posteriora, equidem ita, ut scapulae et humeri postice, ossa ilei antice sita sint; in

Spec. 2da columna spinalis in eadem directione, scapulae autem et humeri anterius, ossa ilei posterius super promontorium ossis sacri. In utraque hac specie costae utrimque ascendunt. In

Spec. 3tia processus spinosi in diametro transversa, humeri et scapulae versus dextrum, ossa ilei versus sinistrum matris latus. In

Spec. 4ta dictae partes situ opposito reperiuntur.

Genus tertium, seu humerum et latus dextrum pectoris determinant tumor durus, rotundus, costarum major convexitas, earum interstitia notabiliora, claviculae, scapulae, brachia aliaeque partes vicinae. Dignoscitur ejus

Species 1ma ex directione tumoris convexi ab anteriori ad posteriora, ex humero versus os sacrum, lumbis super pubem, sterno ad dextram, dorso ad sinistram cavitatem iliacam conversis. In

Spec. 2da dictarum partium situs priori oppositus est.

Species 3tia dignoscitur ex latere diametro transversa ita collocato, ut humerus dextrorsum magis, lumbi sinistrorsum, sternum versus pubem, dorsum versus os sacrum respiciant. In

Spec. 4ta latus eadem directione reperitur, ita vero, ut ceterae ejus partes situ priori speciei contrario sint.

Genus quartum seu humerus et latus pectoris sinistrum ejusque species iisdem signis denotantur, quibus tertium, paucis tantum mutandis, ut sequitur; videlicet in

Spec. 1ma pectus versus sinistram, dorsum versus dextram matris; in

Spec. 2da dorsum sinistrorsum, pectus dextrorsum; in

Spec. 3tia dorſum anterius, pectus poſterius jacet; in

Spec. 4ta dorſum verſus os ſacrum, pectus verſus pubem directum eſt.

§. 38.

Ordinem quartum ſeu trunci partem mediam denotant tumor fere ubique mollis, latus, omnem pelvis aperturam explens, qui in altero latere coſtis, in altero pelvis oſſibus definitur. Praecipuo vero ſigno ſunt funiculus et proceſſus ſpinoſi vertebrarum dorſi et lumborum. Hujus ordinis

Genus primum ſeu abdomen ad orificium uteri converſum determinant mollities tactui cedentis tumoris; coſtae ſpuriae, oſſa pelvis et denique prae ceteris, immo jam ante defluxum liquoris amnii, funiculus umbilicalis ejusque inſertio. In generis hujus

Spec. 1ma funiculus in axi pelvis, cardia et coſtae verſus os ſacrum; regio pubis ſuper pubem; in

Spec. 2da cardia anterius, regio pubis, ſpinae et criſtae oſſium ilei poſterius verſus os ſacrum; in

Spec. 3tia abdomen in transverſum jacet, ita ut cardia et coſtae in cavitate iliaca dextra, regio pubis in ſiniſtra, ſitae reperiantur. In

Spec. 4ta cardia et coſtae ſiniſtrorſum, genitalia et pelvis foetus dextrorſum et inter has funiculi inſertio.

Genus ſecundum ſeu regionem lumbalem agnoſcimus ex tumore lato, inaequali, in cujus medio ſeries proceſſuum ſpinoſorum, ex una parte a coſtis, ex altera ab oſſibus ilei terminatorum ita, ut in

Spec. 1ma ſeries proceſſuum ſpinoſorum in diametro antero - poſteriori, coſtae poſteriores, pelvis partes contingendae anteriores ſuper pubem reperiantur. In

Spec. 2da partes ſitu oppoſito ſunt. In

Spec. 3tia protuberantiae proceſſuum ſpinoſorum in diametri transverſae directione, coſtae in dextro matris latere adſcendentes, ilea utrimque in ſiniſtro. In

Spec. 4ta proceſſuum ſpinoſorum protuberantia in eadem directione, at coſtae ſiniſtrorſum, ilea dextrorſum in utroque latere haerent.

Genus tertium ſeu regionem iliacam dextram praeviam denotant major tumoris convexitas s), coſtae, criſtae et ſpinae ſuperiores iliacae, nates et funiculus. Dignoſcitur ejus

Species 1ma ex directione tumoris a parte anteriori ad poſteriorem, a ſitu coſtarum poſteriori, oſſis ilei et natium anteriori ſuper pubem atque a funiculi inſertione verſus dextram matris directa;

Species 2da ex eadem directione lateris; coſtarum ſitu anteriori; oſſis ilei et natium poſteriori et funiculi directione verſus ſiniſtram matris.

Species 3tia pendet a directione lateris transverſa, coſtarum ſitu in dextro matris latere, natium in ſiniſtro et funiculi verſus pubem. In

Spec. 4ta partes dictae directionem oppoſitam tenent.

Genus quartum ſeu regio iliaca ſiniſtra dignoſcitur iiſdem ſignis quibus genus tertium. In hujus ſpeciebus omnia, ut in illis tertii generis reperiuntur, exceptis ſequentibus, nempe in

Spec. 1ma funiculus verſus ſiniſtram, dorſum verſus dextram matris; in

Spec. 2da funiculus dextrorſum, dorſum ergo ſiniſtrorſum; in

Spec. 3tia funiculus os ſacrum reſpicit, dorſum pubem; in

Spec. 4ta funiculus anterius, dorſum poſterius converſum eſt.

s) Tumor, quem format hoc partuum genus, illi capitis haud abſimilis et ante defluxum aquarum ejus diagnoſis difficillima. Caute hinc examinandus, ne commutetur cum aliis.

§. 39.

Ordinis quinti seu partis inferioris trunci praeviae signa, praeter superiora generaliora, sunt meconii effluxus simul cum aquis, tumor pro diversitate superficiei praeviae, magis vel minus planus, convexus, aequalis, dijudicatu facilis vel difficilis, ut apparet ex singulis hujus ordinis generibus. Dignoscitur nempe

Genus primum seu regio pubis et facies anterior femorum ex tumore inaequali, non unum continuum formante; a mollitie abdominis, genitalibus et in utroque eorum latere jacentibus cruribus. Ad genitalium et crurum directionem praeprimis respiciendum, cum certissima hujus generis signa nobis praebeant. In ejus

Spec. 1ma crura anterius super pubem, genitalia in axi pelvis, abdomen versus os sacrum; in

Spec. 2da abdomen anterius, crura et interstitium inter ea ab anteriori ad os sacrum decurrentia, et genitalia inter has partes in eorum medio, comperiuntur. In

Spec. 3tia abdomen et funiculus, qui in hoc situ plerumque attingi potest, dextrorsum, genitalia in medio; sinistrorsum vero crura et interstitium inter ea; in

Spec. 4ta crura versus cavitatem iliacam dextram, abdomen in sinistra offeruntur exploranti.

Genus secundum t) seu nates determinant tumor rotundus, carnosus, magnus, omnem pelvim explens, capite mollior, abdomine durior u)

t) Saepius observantur hujus generis partus, ita ut ad omnes partus referantur uti 1: 50

u) Diligenter et assidue exploret et dijudicet obstetricius hunc tumorem ejusque partes ambientes, ne, quod interdum accidit, ob similitudinem, praesertim ante defluxum amnii liquoris, cum capite, commutetur cum illo, in quem errorem obstetricantes in arte doctos et celeberrimos incidisse, plures profitentur autores. Conferas v. c. Jacobs Ecole pratique des accouchemens, à Gand 1785. p. 308, ubi simul de signis natium distinctivis loquitur. Magno quoque fructu huc conferes Roedereri Elem. art. obst. edit. Wrisberg Cap. XVIII. Sect. III. §. 613.

in duas partes per ſulcum profundum diviſus, in quo anus et genitalia; praeterea proceſſus ſpinoſi oſſis ſacri, vertebrarum lumborum inferiorum et crura duarum columnarum inſtar, diſtinctionis certitudinem penitus abſolvunt. Reperiuntur in

Spec. ma crura anterius ad pubem adſcendentia; proceſſus ſpinoſi verſus os ſacrum, inter has partes anus et genitalia. In

Spec. 2da proceſſus ſpinoſi anterius, anus et genitalia magis poſterius, in quorum utroque latere crura ad os ſacrum directa. In

Spec. 3tia proceſſus ſpinoſi verſus dextram matris directi, crura ad ſiniſtram vergentia, crus dextrum anterius; ſiniſtrum poſterius. In

Spec. 4ta hae partes ſitu oppoſito ſeſe offerunt.

Genus tertium ſeu regio iſchiatica dextra et facies externa dextri femoris determinatur a tumore rotundo, molli, in quo nihil oſſium mobilium, velut in capite tangitur. Ante defluxum aquarum hoc genus difficillime dignoſcitur, poſt eum oſſis innominati characteres, extremitates inferiores, orificium ani, genitalia ceteraeque partes vicinae diſtinctioni certae inſerviunt. Reperiuntur nempe in ejus

Specie 1ma femur in directione diametri antero-poſterioris; os ilei poſterius verſus os ſacrum, anus in ſiniſtro matris latere, genitalia in dextro. In

Specie 2da partes hae ſitu priori oppoſito. In

Specie 3tia. Femur dextrum in diametro transverſa, os ilei ejuſdem lateris in dextro matris, orificium ani verſus os ſacrum, genitalia anterius directa; in

Specie 4ta os ilei in ſiniſtro matris latere, femur ad dextrum decurrens, orificium ani anterius, poſterius genitalia.

Genus quartum ſeu regio iſchiatica ſiniſtra et femoris ſiniſtri facies externa dignoſcitur ex iiſdem ſignis, queis genus tertium. Specierum

hujus generis ſigna diſtinctiva ſunt ani et genitalium directio, illis prioris generis oppoſita, nempe in

Specie 1ma orificium ani dextrorſum, genitalia ſiniſtrorſum; in

Spec. 2da anus in ſiniſtro; in

Spec. 3tia anus verſus pubem; in

Spec. 4ta anus poſterius, genitalia anterius reperiuntur. Cetera, ut ſupra.

§. 40.

Ordinem ſextum ſeu extremitates inferiores occurrere, certiores reddimur, quando abdominis molem plus minus irregularem, capitis tumorem non inferius, ſed in fundo uteri; orificium altum, ſolito tardius et in tranſverſum ſe aperiens ac veſicam laxam, mollem et plerumque conice propendentem invenimus. Certius agnoſcitur hic ordo, rupta veſica, ex ſolito diutius durante effluxu liquoris amnii, quo facto dolores vel ceſſant vel in ſpurios mutantur, et partes quaedam minores exploranti ſeſe offerunt. Dijudicantur hujus ordinis genera, ſequenti modo, videlicet

Genus primum ſeu genua praevia ex tumoribus parvis, duris, rotundis ad utrumque latus planis, cubito obtuſioribus, humero minus globoſis; porro ex condylis, minus ac in cubitis prominentibus, et craſſioribus. Addu t quidam patellam mobilem, vix tamen, me judice, ob exiguitatem et mollitiem diſtinguendam; femoris et tibiae extremitatum correſpondentium notis magis fiderem; poplitis vero ſigna dubia ſunt. In hujus generis

Specie 1ma genua in medio pelvis locantur; crura ad pubem, femora ad os ſacrum adſcendunt. In

Specie 2da Crura poſterius, femora anterius verſus oſſa pubis directa ſunt. In

Specie

Specie 3tia alterum genu anterius, alterum posterius; crura in sinistro, femora in dextro matris latere sita sunt. Hae partes in

Specie 4ta situ opposito reperiuntur.

Genus secundum seu poplites agnoscuntur ex altitudine situs, ex partibus illos ambientibus, nempe utrimque lateraliter condylis, superius genu et femore, inferius sura et calce. Ex his partibus earumque directione dijudicantur species hujus generis; scicicet in

Spec. 1ma calces supra marginem ossis pubis haerentes, anterius surae, posterius femora et nates reperiuntur. In

Spec. 2da nates, femora et fissura inter ea anterius supra pubem ad os sacrum vergunt, in quo pedes adhaerentes calcibus, obveniunt exploranti. In

Spec. 3tia nates in cavitate iliaca sinistra, pedes in dextra calcibus sese offerunt; fissura inter crura et femora in diametro transversa decurrit. In

Spec. 4ta calces pedum, in fossa iliaca sinistra haerentium, reperiuntur in sinistro matris latere, nates in dextro, poplites altiori loco; eorumque fossarum altera anterior, altera posterior.

Genus tertium seu partus agripparum perfectos denotant praeter generalia signa, digiti pedum, qui manuum digitis breviores sunt; pollex minus a reliquis digitis remotus; angulus, quem dorsum pedis cum tibia format; calx cubito obtusior, genu acutior, notabiliter prominens, malleoli utrimque prominentes et denique planta pedis. Praeter has partes proprias, aliae vicinae facile attingendae, sura nempe, tibia et genu nos certiores faciunt de hoc genere, in cujus

Specie 1ma calcanei et surae anterius, digiti et anguli, quos formant dorsa pedum cum tibiis posterius, digiti minimi in utroque latere matris reperiuntur. In

Specie 2da calces versus os sacrum, digiti et tibiae anterius versus ossa pubis directi sunt; in

Specie 3tia calcanei et surae latus sinistrum, digiti et tibiae dextrum matris respiciunt; digitorum minimorum alter anterior, alter posterior est; in

Specie 4ta calcanei in dextro, digiti et tibiae in sinistro latere matris sistuntur exploranti.

Genus quartum, quintum et sextum hujus ordinis eorumque species iisdem signis dignoscuntur, quibus priora tria genera; et ab his solummodo differunt respectu partis latentis, cujus situm non nisi manu explorante, ad illam usque, duce parte praevia, rite promota, agnoscere possumus. Cujus lateris pars propendeat, an v. g. pes dexter, an sinister, facile dijudicatur cum ex comparatione situs ejus partium inter se, tum ex directione alterius partis latentis.

§. 41.

Ordinem septimum seu extremitates superiores vel singulatim vel conjunctim ad orificium delapsas sequentia generalia signa praesagiunt: abdominis moles valde irregularis, hic plana illic sphaerica, prout foetus vel supinus vel in abdomine vel in hoc aut illo latere jacet; dolores validi spurii. Praeter cetera signa generaliora, determinant hunc ordinem partes minores prolapsae, quae sunt vel protuberantiae cubiti, vel manus, a pectore, dorso aut a latere ad orificium prolapsae.

Genus primum seu cubitos a pectore propendentes designant corpora duo duriora, genubus et calcibus gibbosiora et acutiora; eminentiae tres, a processu olecrani et condylis pendentes et denique partes vicinae, flexurae, brachia, fossae subaxillares, antibrachia et manus. A pectore cubitos prolapsos esse, manu explorante, ulterius producta, dignoscimus. In ejus

Spec. 1ma cubiti in axi pelvis ita ſiti ſunt, ut antibrachia conorum inſtar, poſterius ad os ſacrum, brachia vero, ex eorum figura cylindrica dijudicanda, ad pubem aſcendant. In

Spec. 2da antibrachia pubem petunt; brachia, foſſae ſubaxillares et ceterae partes vicinae poſtice reperiuntur; in

Spec. 3tia antibrachia ad dextram, brachia ad ſiniſtram cavitatem iliacam diriguntur; cubitus dexter poſterior eſt, ſiniſter anterior.

Species 4ta ſitum oppoſitum exhibet.

Genus ſecundum proditur iiſdem ſignis, quibus primum. A dorſo cubitos prolapſos eſſe, ex praevii dorſi ſignis diagnoſticis, ſupra allegatis, agnoſcitur. Species hujus generis non differunt ab illis, quam quod partes, cubitos ambientes, ſitu illis obverſo reperiantur, ut docet tabula a.

Genus tertium et quartum ſeu manus vel a pectore vel a dorſo prolapſas inſigniunt easque diſtinguunt a pede, digiti illis pedum longiores, diſtantia pollicis a ceteris digitis major, abſentia prominentiae calcanei et malleolorum in utroque ejus latere, vola et dorſum cum antibrachio unum continuum formantes, et denique partes adnexae. An a dorſo an a pectore propendeant, itidem docet manus immiſſa explorantis. Species utriusque hujus generis eodem modo inter ſe differunt, quo illae generis primi et ſecundi. Cetera, quum ſatis diſtincte exhibeantur tabula a, non ea hic fuſius exponemus.

Generis quinti et ſexti ſeu cubitorum et manuum ſingulatim prolapſarum ſigna generalia et ſpecialia eadem ſunt ac generis ſecundi et tertii. Cubitum a latere propendere et cujus lateris ſit, docent exploratio harum partium earumque ſigna jam enumerata. Manus vero cum ſit vel dextra vel ſiniſtra, determinatur ex comparatione directionum partium ejus inter ſe.

§. 42.

Ordo octavus ſeu partes decuſſatim prolapſae, earumque genera et ſpecies ex ſupra dictis et intromiſſa manu explorante adusque decuſſationem, facile agnoſcuntur: quare dicta illa hic repetere, ſuperfluum ac ambiguum eſſet, hincque hujus ordinis ſigna tam generalia quam ſpecialia ſilentio me praeterire poſſe putem. Id unicum adjeciſſe ſufficiat, hunc ordinem ſtatim ex partium alias inter ſe congruentium directione contraria, dignoſci poſſe. Quod ut exemplo illuſtrem, ſint v. gr. pedes ſe decuſſantes prolapſi; ex ſitu pollicum quam maxime a ſe invicem diſtantium, cum ſub ſitu naturali ſibi maxime contigui ſint, id cognoſcas. Idem de ceteris partibus obſervetur.

§. 43.

Praeter hactenus enumeratas foetus ad orificium uteri vel ſingulatim vel conjunctim converſas et prolapſas partes, etiam ovi partes ſeu ſecundinae exploranti occurrere poſſunt: quas ut bene dignoſcat et dijudicet explorator, varia ratione neceſſe eſt. Sunt autem hae partes vel tunicae ovi diſruptae, vel funiculus vel placenta.

Velamenta facile dignoſcuntur ex membranacea, molli et flocculenta conditione.

Funem umbilicalem deſignant figura rotunda, mollis, ſaepe nodis etc. inaequalis; ſulci ejus in longitudinem ductu ſpirali exporrecti ſunt, ejusque pulſatio digitis mox percipienda, mox non. Interdum maxime intumeſcit eoque agnitu difficilior fit. Vario modo excidere poteſt funiculus, vel ſolus, vel cum alia quadam parte vel pluribus, vel contortus circa collum aut aliam partem foetus.

Placentae oblatae vel ſponte ſolutae et cum aliis partibus prolapſae, ſigna ſunt ſequentia: ultimis graviditatis menſibus gravida abſque ulla cauſa occaſionali, ſaepius haemorrhagiis levibus et redeuntibus vexa-

tur; appropinquante partu, ſimul cum doloribus augetur haemorrhagia; dolores ſunt validi et orificium ſolito tardius ſe aperiens, reperitur laxum, abſque veſica, et foetus parte hujusque loco, ſanguine coagulato oppletum, et corpore inaequali, molli et ſpongioſo, ſenſibilitate deſtituto vel ex parte vel plane tectum eſt. A ſolo coagulo ſanguinis diſtinguitur placenta conſiſtentia, adhaeſione, et conditione membranacea et fibroſa.

§. 44.

Supereſt, ut de diagnoſi claſſis noſtrae ſecundae quaedam addam. Cum ſupra quarumcunque foetus partium prolapſarum earumque ſpecierum ſigna diagnoſtica enumerata et deſignata ſint, labore, omnia illa paucis mutandis mutatis recoquendi, jure ſuperſedere me poſſe exiſtimo. Abdomen in his partubus multo magis difforme et inaequale eſt; partes prolapſae ob majorem intumeſcentiam, ſpatium exiguum anguſtumque, in quo coacervantur, agnitu difficillimae ſunt: hinc potiſſimum in his caſibus exploratio caute et diligenter inſtituatur, partim ut diſtinguantur partes ab invicem, partim ut dijudicetur, an unius aut plurium foetuum ſint, de quo certe edocemur, unica comparatione partium praeviarum inter ſe et producta manu explorante ad partes vicinas diſtinctivas. Gemellos aut plures foetus adeſſe docent praeterea ſequentia ſigna, at magis vel minus incerta et fallacia. Saepiſſime nempe apud eas, quae gemellos gerunt, ſulcus vel fovea mediam abdominis regionem diſtinguens, et binae eminentiae in utroque latere reperiuntur. Non in cunctis illa abdominis ſolito major moles, gemellos deſignat, quoniam et a majori liquoris copia et foetus et ſecundinarum magnitudine oriri poteſt: ſicuti contra gemelli eorumque adnexa, unico plerumque minores, eo non indicantur. Aeque fallacia ac incerta ſunt motus et alliſio in pluribus partibus ſimul, ceteraque ſigna ante partum inſtantem et abſolutum prioris foetus, quo tempore probabiliora ſigna tactus nobis exhibet x).

x) Conferantur praeter ſupra allegatos ſcriptores G. F. Hofmann Diſſ. de partu gemellorum, Marb. 1787. Jacobs l. c. p. 165, ſeqq.

§. 45.

Quam utilis et plurimum certa haec foetus ejusque partium prolapsarum cognitio et latentium ex illis dijudicatio, tam difficilis et incerta est interdum et illa et universa semiologia obstetricia: explorans enim, saltim potissimum solis modo tactu, modo phantasia et ingenio ducibus, uti potest. Diligenter ergo exerceatur in hoc negotio, ut coecorum adinstar, defectum sensus visus digitis extremis supplere possit. Attamen sicuti nulla regula sine exceptionibus harumque cognitio necessaria est, ne in errores incidamus, sic et in recte dignoscendo et dijudicando decipi et errare possumus, nisi illi dexteritati, cognitionem impedimentorum et difficultatum conjungimus, quae quamquam rarissime illi negotio obstent, interdum tamen obstetricanti practico occurrunt; et qui ignorat illas, eum egregie fallere et quo minus signa satis distincte discernat, prohibere possunt. Has noscat ergo obstetricans, noscat et errores aliorum, quibus optime edocemur, partim, ut caveat, ne ipse illis decipiatur, partim ut eos, quantum fieri possit, eliminet. De his vero sequenti sectione quaedam.

SECTIO IV.

De nonnullis impedimentis et difficultatibus diagnosis in arte obstetricia.

§. 46.

Innumeri sunt affectus, aberrationes a statu naturali lususque naturae partium genitalium mulierum, tot tantaeque varietates ipsius foetus in utero habitantis, quibus non solum functiones laeduntur, sed etiam medicus practi-

cus et obſtetricius in dignoſcendo et dijudicando impediri et decipi poteſt. Alia horum impedimentorum ſunt naturalia, fortuita, frequentiora, rariora, majoris alia, alia minoris momenti. Cum ad meum ſcopum prae omnibus faciant; ſuperfluum et a conſilio meo alienum non erit, ſuccinctam praecipuorum inter ea enunciationem, pro anguſtis finibus me continentibus, hic adjungere et potiſſimum recentiorum ſcriptorum exemplis comprobare. Si citata adjecta minime pro perfectis et omni numero abſolutis habere velis; mecum facies. Qui plures illarum obſervationum uberius cognoſcere cupit, adeat Bonnetum y), Morgagni z), Lieutaud a), Hallerum b), Sandifort c), Ludwigium d), aliosque ab his laudatos ſcriptores, nec non commentarios et diaria variarum, quae exſtant, ſocietatum ſcientiarum, etc.

§. 47.

Quaecunque ſe objiciunt exploranti aberrationes a ſtatu naturali, vel a matre vel a foetu ejusque partibus adnexis ortum ducunt.

Ad matrem referenda ſunt ſtatus morboſi et vitia organica genitalium ex- et internorum, ejus generis, ut exploratio vel neutiquam, vel non, niſi cum difficultate et magnis doloribus inſtitui poſſit; ejusmodi ſunt:

1. Pelvis tam male conformata et anguſta, ut nec uterus deſcendere nec manum operator in illam dimittere et foetum cultro aliisque inſtrumentis attingere queat. Quod fit exoſtoſibus, oſteoſteatomatibus e)

y) Sepulchretum anatomicum Vol. 3. Lugd. 1700 fol. Ejusdem Medicinae ſeptentrionalis collectitiae. Tom. II. Genevae 1684.

z) De ſedibus et cauſis morborum. Lib. V. Venet. 1761. fol.

a) Hiſtoria anatomico - medica, edit. Schlegel. Longoſal. 1786. Vol. I. Sect. XII. et XIII.

b) Diſſertationum chirurgicarum, anatomicarum et practici argumenti, collectiones. — Opuſcula pathologica Lauſ. 1768. etc.

c) Obſervationes anatomico - pathologicae. Leidae. 1777. 4. Vol. 4. — Exercitationes academicae, Leidae. 1783 ſeqq.

d) Primae lineae anatomiae pathologicae. Lipſ. 1785.

e) Vid Stark de partu caeſario ob oſteoſteatoma, omnem fere pelvis cavitatem explens, in Baldingers N. Magazin B. VI. p. 73.

aliisque tumoribus, excrefcentiis et vitiis infignibus dimenfionum hujus vel illius diametri, in hac vel illa apertura pelvis f), etc.

2) Labia pudendorum, folito majora, inflammata, gangraenofa, oedematofa g), aliisque tumoribus v. gr. facculis fanguineis Friedii h), e. f. p. diftenta, excrefcentiis, fungis, ficubus, carunculis, farcomatibus etc. obfeffa, vulnerata, coalita i), etc.

3) Labia pudendorum minora f. nymphae jufto multo ampliores, majores atque ita propendentes, ut in concubitu et explorando moleftae et prohibentes fiant k), inflammatae, gangraenofae alioque modo difformes et infeftatae.

4) Vagina jufto longior, anguftior l), inflammata, gangraenofa, fcirrhofa, carcinomatica aliisque tumoribus, excrefcentiis, tuberculis, fungis, carunculis, farcomatibus, fteatomatibus, polypis, ulceribus, abfceffibus m) varii generis, variae magnitudinis, variasque partes vaginae infeftantibus

f) Iftiusmodi exempla plura leguntur memoriae prodita. Sic v. c. in Mem. de l' Academ. R. d. chir. de Paris, Tom. I. P. III. p. 210 feqq. Simon inter alia refert obfervationem pelvis, in qua fpatium inter offa pubis et os facrum vix duos aequaret pollices. Aliam obfervationem pelvis difformis, in qua os pubis promontorium pene tangeret, ita, ut in duas partes divifa videretur; et alteram obfervat. pelvis ita vitiofae, ut per ejus diametrum antero-pofteriorem vix unum digitum producere liceret, vide in Journal de Medec. Tom XLI et T. LIV. Paris 1780. Similia exempla leguntur apud Cooper in Medic. obferv. and Inquiries. Vol. IV. Lond 1771. Haas in Richters chir. Bibl. VIII. p. 705 feqq. Cel. Walter, de diffect fynchondr. offium pubis p. 25. et apud plures.

g) Melitfch in Starks Archiv. B. II. p. 98. obfervationem memorabilem labiorum vulvae oedematoforum ad femorum medium usque propendentium, commemorat.

h) Zeller exemplum tumoris fanguinei, omnem fere aditum occludentis, in parturiente vidit, quod refert libro fuo, fupra citato p. 105. feqq. Poft partum ejusmodi facculi faepius obfervantur. Conf. v. c. Alix Obferv. chirurgic. Fafc. II.

i) Molmy de perfecta labiorum coalitione ex deflagratione orta, in Journal de Medec. T. XXXIX.

k) Solingen exemplum, quod vidit, refert in Obferv. fuis de morbis mulierum. Obf. 20, aliique.

l) Vid. Sandifort obferv. anat. pathol. Leid. 1777. 4. II. p. 57. 67. In Richters chir. Bibl. B. VI. p. 742 feqq. memorabilis totius vaginae callofae ad caulis pennae craffitiem coarctae obfervatio in gravida, cum partus feliciter abfoluti hiftoria commemoratur. Similes obfervationes in Hift. de l' Acad. R. d. Sc. de Paris, ann. 1748. p. 58.

m) De polypis vaginae vid. v. Doeveren Obf. acad. p 139. F. A. Walter annotation. academ. Berol. 1786. Tractat. de polypis §. 35. Journal d. Med. T. XXXIII de polypo totam vaginam explente.

ftantibus etc. difformis inviaque; porro vagina callosa n), et vel ex parte vel omnino, vel hymene imperforato, nimis crasso, calloso occlusa o) vel nova membrana, a variis causis v. c. partu difficili praegresso, laceratione violenta vaginae, ulceribus, lue venerea, variolis etc. variis in locis vaginae orta, diagnosin quoque impedire, sicuti vagina rupta, herniosa p), prolapsa vel perfecte vel imperfecte q), duplex r) aliique multi illius recessus a statu naturali, explorantem turbare et cohibere possunt: respectu et obstetricanti scitu utiles quo itaque, immo necessarii sunt. Nec minus

5) Uteri vitia. Repertus est plane nullus s), bipartitus, bicornis,

n) Confer. C. Trioen observat. medico-chirurg. L. B. 1743. obs. 63. De vaginae ex ulcere praegresso, toto canali calloso, relicto foraminulo pisi magnitudine vid. Vater Diss. de partu caesareo, Vitemb. 1695.

o) Permulta ejusmodi exempla leguntur apud observatores, inter quos sunt, Dounaud, Journ. de Med. T. XXXVII. Ibidem observatio membranae digitum crassae et cartilagineae. Ruysch Observ. chir. 22 et 32. Fig. XXII. Mezler in Starks Archiv. I. 2. p. 168. Idem ibid. II. 2. p. 71 et 139. Schmalz seltene chir. und medic. Vorfälle p. 31. Sandifort observ. anat. path. II. p. 67. Acta Edinburg. T. III. p. 317. Mauriceau l. c. T. II. obs. 489. 495 etc. Plura exempla habent Solingen, Roonhuys, Fabricius ab Aquapendente, Benivenius, Hildanus, Schenkius, Meeckren, Tulpius aliique, quos allegatos invenies apud Heister Instit. chir. ed. Amstel. 1751. P. II. Sect. V. Cap. 146. p. 951, seqq. Boehmer Diss. de naturalium feminar. clausis. Vitemb. 1768. v. Creutzenfeld, Bibl. chir. T. I.

p) Conf. Garengeot Mem. de Chir. à Paris ed. 8vo. T. I. Par. III. p. 349, seq. observ. de herniis intestinalibus vaginae. Sennert Inst. med. L. II. P. I. Cap. IX. Verdier, recherches sur la hernie de la vessie in Mem. de chir. T. IV. p. 2, seqq. Sandifort obs. anat. path. Lib. I. de hernia intestinali et vesicali vaginae.

q) Cel. Loder de vaginae uteri procidentia. Progr. I—III Jenae 178:. Stoellers Beobachtung. u. Erfahrungen. Gotha 1777. p. 25. Abhandlungen der Josephin. Academ. zu Wien I. p. 226. Mezler in Stark's Archiv. I. 2. p. 176. In Baldinger's N. Magaz. I. p. 78. de totali vaginae procidentia ejusdemque plenaria inversione. Idem in N. Actis N. C. T. IV. p. 41, seqq. Conf. Heister l. c. P. II. Sect. V. Cap. 158. ibique allegatos observatores. — Giesemann, in Schmuckers, chir. verm. Schriften. B. I. p. 349.

r) Borellus hist. et observat. Cent. II observ. 89. Halleri opusc. pathol. obs. 60. Boehmeri observ. anat. rarior. Fasc. II. p. 52, seqq. Callisen in Collect. Soc. Havniens. Vol. I. 146, seq. altera una cum utero duplici, altera cum simplici acc. fig. Hirt observ. quaed. ad artem obstetr. pertinentes. Diss. inaug. Jen. 1784. obs. 1ma, ob deceptionem in explorando sub partum ex eo ortam, hic praecipue conferenda. Plura hujus generis observata collecta invenies, in Halleri comm. in praelect. Boerh. T. V. §. 2 et in Gravelii Diss. de superfoetatione etc.

s) Vid. Sandifort observ. anat. path. II. 62. IV. 61, seqq. Lieutaud hist. anat. med. Vol. I. obs. 1461. ed. Schlegel. Hill de utero deficiente. Pragae 1777. H. T. Engel Diss. inaug.

duplex t), situm naturalem relinquens, prolapsus u), obliquus, vel anterius vel posterius vel in uno alterove latere x); huic aut illi parti laterali pelvis adeo tenaciter accretus, ut loco non movendus y), herniosus z), ac ruptus fuerit vel graviditatis tempore, vel sub partu, ita ut integer foetus vel quaedam ejus partes in abdomen prorumperent a); porro morbis destructus et valde mutatus, cum v. c. ulcerosus b), scirrhosus c), carcino-

de utero deficiente. Regiom. 1781. c. fig. Puella erat XX annorum subito mortua Uterus et vagina plane deerant: hujus apertura, membrana tendinosa clausa, ovaria, tubae et ligamenta situ naturali reperiebantur; labia, clitoris etc. bene conformata erant. Similia leguntur exempla apud Schmucker chir. Schriften B. II. Theden Bemerkungen etc. Th. II. Metzger Schriften. II. p. 219. Hemmann, Chirurg. Auffätze. Berl. 1778.

t) Commemorantur istiusmodi exempla, a Couger in Mem. de l'Acad. roy. des Scienc. à Paris 1743. p. 119. 8. Cuivis utero sua erat tuba, unum ligamentum rotundum et latum, utrique communis vagina Post partum obiit femina. — In Haller Diss. anat. Vol. V. p. 335, seqq. Ejusdem, opusc. path. n. 61. Leveling de utero bicorni etc. Ingolst. 1781. c. fig. Ejusdem, observat. anat. rar. Fasc. I. p. 43, seqq. Tab. 3 et 4. Norimb. 1787. Lieutaud l. c. obs. 1460, seqq. Acrels chir. Vorfälle. Goett. 1778. c. f. II. p. 96. Eisenmann tab. anat. uteri duplicis. Argent. 1752. Boesefleisch in Act. Acad. Mogunt. 1761. II. p. 451. Walter N. Memoires de l'Acad. R. de Berlin ann. 1774. Haller Icon. anatom. Fasc II. fig. 2. Baldingers N. Magaz. für Aerzte. IV. p. 65.

u) Horribilis uteri avulsi historia, cujus fundus prolapsus ex ignorantia pro capite habebatur, reper. In Journ. de Med T. XLI. Ruysch l. c. VIII. 2. fig. 3.

x) Refert Saxtorph in Collect. Havniens. Vol. II. p. 299, exemplum dolorum, retroversionem comitantium, pro veris partus instantis judicatorum et foeminae, eo respectu per duos dies in sella ad partum cruciatae. — Uteri gravidi inclinati et retroversi permultae exstant observationes, alibi jam laudatae. Vid. praeterea cel. Richter. chir. Bibl. T. I. 4. p. 47. T. IV. p. 61. 70. 235. 555 T. V. p. 132. 548 etc.

y) Conf. Sandifort Obs. anat. path. Lib. I. p. 61. Lib. II. p. 58. Ejusdem Exercitation. acad. L. I. p. 101. Lib. II. p 75. et alibi.

z) Hujusmodi exempla prostant apud Sennert Instit. Med. Lib. II. P. I. cap. 9. in Hildani oper. latin. p. 903.

a) Praeter plures alias hujusmodi observationes, sequentes memorabiles hic conferendae. — Deases Bemerkungen über die Entbindungsk. p. 214. — A Douglass, Observat. on an extraordinarye case of ruptured uterus. Lond 1785. v. Doevern l. c. Cap. VIII. — Saviard observ. chirurg. à Paris 1784. — Journal de Medec. etc. T. LIV. vide Cel. Richter's chir. Bibl. VII. p. 464 et 467 ibi narratur de duabus feminis, Parisiis curru laesis, altera quinto, altera sexto mense gravida: earum uteros ita hoc casu ruptos esse, ut foetus in abdomen prorumperent et matres naturae viribus sanarentur. Praeterlapso mense, immo redibat menstruatio, quo ita decipiebantur medici, ut concluderent, illas non gravidas fuisse. In Collect. Havniens. Vol. II. p. 283, seqq. legitur observatio Helmii de subitanea capitis praevii mutatione in praevium brachium una cum pede prolapsum ex uteri ruptura orta. Vide et Memoirs of the Medical Society of London. Vol. II. Art. XII. observ. Hooper. —

b) Prochaska, in adnotation. academ. Fasc. II. et III. Schneider chirurgische Geschichte VI. p. 44. ejusmodi exempla referunt. Black-

maticus, gangraenoſus d), cartilagineus e) vel oſſeus f) eſſet, aut aliis variae indolis variaeque magnitudinis vitiis laboraret; vel loco foetus aut ſimul cum hoc aliena corpora utero continerentur, v. gr. atheromata g) ſarcomata h), ſteatomata, oſteoſteatomata i) etc., quae ejus et pelvis cavum penitus interdum opplerent: demum molae diverſi generis, verae et ſpuriae, carneae k), veſiculares, hydatodes l), oſſeae m); pili n), concretiones calculoſae o), vermes, polypi, vel fundo, vel corpori, vel ſuperficiei internae cervicis adhaerentes p); ſerum, ſanguis (menorrhagia), aqua q)

burne in the London Medical Journal. Vol. VIII. 87. commemorat obſervationem uteri gravidi ulcere valde deſtructi.

c) Lieutaud l. c. obſ. 1371. Hildani obſervationem refert de ſcirrho uteri parturientis, qui magnitudinem capitis infantis fere adaequabat. Mauriceau l. c T. II. obſ. 286. p. 234 recenſet, gravidam pro ſcirrho laborante, et aliam, quae non niſi ſcirrho uteri correpta erat, pro foetum gerente habitam eſſe. Roederer de utero ſcirrhoſo Goett. 1756. in ejus opuſc med. p. 249, ſeqq. Gaſſmann de uteri ſcirrho. Argent. 1758. — Mohrenheim's Beob. II. B. p 196.

d) Jacquerez de partu laborioſo ob gangraenam in utero. Argent 775.

e) Abhandlungen d. Joſeph. Acad. zu Wien. B. I. p. 228 Bonnetus Medicina ſeptentr. T. II. p. 16.

f) Uteri quaſi oſſificati XXIV. ponderum obſervatio legitur in Hiſt. de l'Acad. R. de Paris ann. 1748. Similes in Miſc. N. C. An. I. obſ. 128. Louis Mem. de chirurg. T. V. p. 26, ſeqq. c. f. ed. 8vo.

g) Memorabilem atheromatis obſervationem, quod in cervice uteri parturientis per tredecim dies fruſtra cruciatae, haerebat et totam pelvim replebat, commemorat Zeller in ſuis Bemerkungen über d. pr. Entbindungskunſt, Wien 1789. p. 101, ſeqq.

h) Ejusmodi caſus reperiuntur apud Boehmer in Act. Nat. C. IX. 59. Sandifort obſ. anat. path. I. p. III Büttners Wahrneh. obſ. 2.

i) Vide, de Haen rat. med VII. cap. 5. Michaelis med Biblioth. 2. n. I. Hody Philoſ. Tranſact. no. 440 Boehmer obſ. faſc. II.

k) Lieutaud l. c. obſ. 1431. ſeqq. Ruyſch l c. obſ. XXVIII. Fig. 27.

l) Lieutaud l. c. obſ. 1429. ſeqq. Tulpius obſ. L. III. obſ 32.

m) Comm. Gotting. II. p. 354. Comm. Lipſ. v. 461. Haller Elem. phyſ. T. VIII. p. 253. ſeqq. Hankopf, Diſſ. de mola, occaſione molae oſſeae etc, Gôtting. 1746. c. fig.

n) Vicq. d' Azyr in Mem. de l' Ac. R. d. Sc. ann. 1776.

o) Gaubius in Comm. Soc. Sc. Harlem. T. III. p. 603. narrat de puella XXIIX. annos in utero lapides gerente, dolorum ope tandem extruſos. Bouvet ſimilem obſerv. in Journal de Medec. T XLI. Louis Mem. de Chir. T. V. p. 1 ſeqq. c. fig. ibid. T. VI. p. 584 c. fig ed. 8vo. Walter obſerv. anat. 53

p) Permultae leguntur polyporum uteri obſervationes: confer Herbiniaux, Traité ſur divers accouchem. laborieux. T. II. à. Bruxell. 1782. Ubi de ſignis diagnoſticis fuſius agitur. — In Saviard obſerv. chirur. refertur obſervatio de femina, polypo uteri laborante, quae pro gravida habebatur. Conf. et Ruyſch l c. obſ. VI. fig. 6. Levret in Mem. de l'Acad. de Chir. T III. c fig. F. A. Walter Annot. acad. c. fig. Berol 1786.

(hydrometra) mucus variae indolis, hydatides r), aer s), coagula ſanguinis t), oſſa foetus putridi u) aliaque corpora. Huc etiam pertinent

6. Orificium uteri inflammatum, nimis altum, eroſum, ſcirrhoſum v), calloſum w), alioque modo laeſum, ſpaſtice conſtrictum x), coalitum y), tumoribus, excreſcentiis circa illud enatis difforme, quibus diagnoſis et prognoſis difficilis redditur, vel ſaltim efficitur, ut explorans longo tempore dubius haereat de ſtatu praeſente. Praeterea dantur et alii in feminis morbi, quandam graviditatis ſpeciem aemulantes, qui matres ipſoſque medicos decipere poſſunt z). Hujusmodi ſunt menſtruorum ſubita

F. I. Goerz deſcriptio novi inſtr. ad ligaturam polyporum uteri. Goett. 1784. Starks Archiv. B. I. 3. p. 1. ſeqq. c. fig. aliique plures.

q) Simul cum foetu immo gemellis hydrops uteri obſervatus reperitur in Nov. Actis N. C. I. p. 345. — Bemerk. einer Geſellſchaft in Edinb. B. II. p. 387. — Cheſton's pathol. obſervations p. 44. — Memoir. de Berlin 1785 Siegwart de hydrope uteri gravidi. Tubing. 1761. — Heinſius in Starks Archiv. B. II. 1. p. 119 ſeqq. et apud plures alios.

r) Medical Comm. Vol. I. Lond. 1784. c. fig. — Ruyſch, l. c. obſ. 33. fig. 34 et 35. Baldingers N. Magaz. B. VI. p. 468. — Sandifort Obſ. anat. path. II. p. 81.

s) Valeſcus de Tarenta in libro, cui titulus: Philonium chirurg. Lugd. 1490. fol p. 1426, ſeqq. narrat de Iudaea partum exſpectante, eam nil niſi magnam aëris copiam enixam eſſe. Aliud exemplum legitur apud Bartholinum in Actis Med. Vol. III. p. 80 In ejusdem obſe v. Cent. I. obſ. 97. Ephem. N C. Dec III. ann. VII. obſ. 33. Schenk Obſ med. L. IV Obſ. 215 aliique.

t) Vide Ruyſch l. c. obſerv. XXIX. fig. 28 et 29. Schenk l. c. Obſ. 213.

u) Bonnetus Med. ſept. T. II. p. 28. — Schuz Abh. d. ſchwed. Acad. B. 29. refert obſerv. feminae, quae oſſa foetus IX annos geſſit.

v) Obſervatio Mangen, de orificio ſcirrhoſo cum placenta oblata, inciſorii ope dilatato legitur in Journ. de Med. T. XLI.

w) Orificii uterini adeo calloſi, ut neque a dolorum vi, neque artis ope, eo usque diduci potuerit, ut manum explorantis transmitteret, refertur exemplum in Medic. Eſſays and Obſerv. Edinb. Vol. III. obſ. XIX. — Hirt, l. c. p. 24.

x) Tantas totius uteri vel ejus orificii conſtrictiones ſpaſticas, ut ne digito quidem, multo minus manu in uterum penetrare liceret, ipſe ſaepius obſervavi, ſi ex benevolentia illuſt. Praeceptoris operationibus intereſſem. Conferas alias jam allegatas iſtiusmodi obſervationes.

y) Duas memorabiles orificii coaliti, longe fruſtra quaeſiti et tandem cathedris ope ſub partum aperti relationes ab H. Schutzer invenies in Schwed. Abhandl. XXIX. p. 315. In altera gravida ſex hebdomades ante partum autor orificium adhuc apertum reperit. Ibidem ſimul de ſignis diagnoſticis orificii coaliti et conſtricti agitur. Similem obſerv. apud Smellie Samlung widernat. Fälle B. 3 Saml. 31 Bemerk 28 p. — Simſon, Inquir. of a Society in Edinburg. Art. 24. — In Actis N. C. T. VIII. obſ. 4.

z) Quam incerta et fallacia omnia graviditatis ſigna adhuc ſint, et quam caute agendum in ejus diagnoſi et prognoſi, potiſſimum ſi aliis morbis complicetur, docent illae aeque probae ac ſertiles erroris ſui confeſſiones duorum in arte celeberrimorum virorum, illuſtr. Stein et Stark. Vide

et praeternaturalis suppressio, plerumque ex hoc vel illo supra memorato vitio locali uteri et vaginae orta; morbi tubarum Fallopii et ovariorum, ceterarumque partium abdominis affectus, v. c. hydropes a), tympanitis, conceptiones extrauterinae b), scirrhi c), steatomata, aliique tumores d) ex collectione sanguinis, puris, crinium e. s. p. nati, unde distensiones aliaque phaenomena oboriuntur, gravidarum symptomatibus haud multum absimilia. Ne repetam alia, superius circa explorationem allegata, hic nominandus adhuc est situs incommodus, pudicitia, impatientia et inquietudo explorandae, quae interdum operantem impediunt, quominus, ut convenit, statum dignoscat accuratissime et maxima cum prudentia. Quo casu, si omnes adhortationes inutiles elabantur, melius est, exploratione supersedere, quam incerta tentare.

§. 48.

Aeque notabilia et numero non pauciora sunt, quae ratione foetus ejusque partium adnexarum, explorantem in dignoscendo et dijudicando fallere et perturbare solent.

Hujus generis impedimenta, ceteris minoris momenti, sunt insolita membranarum ovi crassities, abundantia liquoris amnii e), quae impedit, quominus, praesertim si altiori loco supra pubem locatus fuerit foetus, distincte tangatur; placenta vel uteri orificio adhaerens vel in ipsa vagina sita et

hujus Archiv etc. B. I. 1. p. 1 seqq. — Confer. hic et Stein Diss. de signorum gravid. aestimatione ibique recensitas aliorum observationes, huc spectantes, quibus quasdam recentiorum tantummodo addam.

a) Vide Heusinger in Starks Archiv, B. II. 2. p. 138. — Ovarium insignis magnitudinis puellae olim prope Halam degentis et pro gravida habitae, asservat celeb. Praeceptor.

b) De errore ex conceptione ovarii orto evolvas Baldinger's N. Magaz. B. IV. p. 17. seqq.

c) Exemplum impeditae manus, quominus ob tumorem scirrhosum ovarii sinistri in uterum duceretur, legitur in Abhandl. d. Schwedisch. A. d. W. B. XXXI. obs. 1. — Conf. et Schmalz chir. med. Vorfälle p. 21.

d) Saviard in observat. sur la Med. etc. Paris 1784. refert exemplum, ovarii tumorem pro graviditate habitum esse. — De liene in pelvim pro'a, so et pro placenta retenta habito, eoque respectu variis adhibitis frustra remediis, vide Schrader observat. rarior. med. Dec. III. obs. 4.

e) Vid. Smellie, l. c. Collect. 33. obser. 1. Saxtorph l. c. Vol. II. p. 273.

accreta f). Impedimenta vero foetui adſcribenda, oriuntur vel ex aberratione a ſtructura naturali vel ex aliis exceptionibus a regula. Ad has pertinent facilitas, quacum foetus, licet omnia bene diſpoſita ſint et partium latentium ſitum ex praeviarum ſitu ſecundum regulas obſtetricans metitus fuerit, interdum omnem ſitum mutat et ſingularum partium rotationes et mutationes ſitus efficit, praeprimis ante effluxum aquarum aut his magna copia praeſentibus, aut matre ſubito et vehementi motu corporis et animi affecta g). Foetu mortuo illae artuum et totius trunci rotationes eo facilius accidere et dijudicationem partium latentium ex praeviarum ſitu fallacem reddere poſſunt, quo tunc membra molliora, flaccidiores articuli omnesque partes ad hanc vel illam mutationem magis aptae ſunt. Sic v. c. capite praevio et ex ſitu ejus ad pelvim concluſione facta ad dorſi et pedum ſitum; ob contorſionem trunci hujus ſitum longe alium, quam qui eſſe deberet, revera inveniri, Cel. Praeceptor in praxi ſua, longe lateque feliciſſima, ſaepius obſervavit. Eo magis notatu digna res eſt, quo hactenus ejus mentionem nemo fecerit, licet tyronem in verſionis negotio haec alienatio valde perturbare poſſit h). Porro ad hoc impedimentorum genus

f) Sandifort, obſ. anat. path. II. p. 35. not. h.

g) Iſtiusmodi obſervationes leguntur commemoratae apud Siegemundin, Hofwehmutter p. 22. et nuperrime apud Melitſch, in Starks Archiv B. II. 1 p. 99 aliosque.

h) Hancce obſervationem pluribus exemplis ex praxi celeber. Meckelii illuſtrare poſſem; at ſufficiat, ex pluribus unicum memorabilem caſum, hisce diebus obſervatum, allegaſſe, quem, cum ipſe ei ex benevolentia dilectiſſimi Praeceptoris intereſſem, hic commemorare humaniſſime permiſit. — Femina, ſutoris urbis noſtrae uxor, annos XXXV et quod excurrit, nata, bis jam ex difficili partu laboraverat; nunc quarta vice parturiens, per aliquod tempus doloribus praeſagientibus vexata, partum putabat appropinquantem et obſtetricem in ſui auxilium advocandam curabat. Haec, inſtituta exploratione, per velamenta ſe prelapſum brachium jam dignoſſe, nihilominus feminam diro modo per totam noctem in ſella ad partum excruciaſſe, cum parturiente fatebatur. Poſtero die, diſruptis velamentis et ſaepius at fruſtra et in magnum parturientis damnum repetitis tentaminibus foetum vertendi, obſtetrix profitebatur, ſe nec pedes reperire, nec partum abſolvere poſſe. Tunc demum illuſtr. Praeceptor in parturientis auxilium vocabatur. Mox et feminam valde fatigatam in lecto decumbentem invenimus. Manus dextra ſimul cum funiculo, omnis pulſus experte, extra genitalia externa propendens reperiebatur, equidem eo modo, ut pollex antrorſum, vola ſiniſtrorſum et dorſum dextrorſum directi eſſent. Abdomen feminae erat durum, anterius globoſum et ad utrumque latus, planum. Apte locata parturiente et laqueo dextrae propendenti applicato, brachium alterum ab obſtetrice quoque detractum in

referendae sunt contorsiones artuum prolapsorum ex manu incauta ortae, aliaeque eorum destructiones, celatae ab obstetrice aut obstetricante prius agente; tumores varii, quales haud raro inveniuntur in partubus protractis aut laboriosis in diversis locis corporis foetus et praeprimis in capite incuneato, cujus forma eo quam maxime mutatur cujusque integumenta ita deinceps intumescunt, ut ossa cranii, iis subjacentia vix, vel saltim non satis evidenter, tactu dignosci, immo cum natibus facillime confundi possint. In foetibus mortuis ossa cranii saepius ita sibi invicem imposita reperiuntur, ut suturae tactu discerni nequeant. Si plures in utero gerantur foetus, diversae eorum prolapsae partes illum, qui non caute et dili-

vagina deprehendebatur. Orificium uteri omne apertum erat. Introducta igitur ad legem artis dextra in uterum, dorsum foetus, quod secundum regulas ex dijudicatione partium praeviarum posterius et dextrorsum conversum esse debuisset, anterius et ad sinistram matris contorsum erat; nates vero et pedes sinistrorsum ad fundum uteri conversi et caput ad dorsum reclinatum, versus os ileum dextrum matris, reperiebantur. Non sine magna difficultate pes sinister deducebatur, quo laqueo firmato et dextrum assequendi extrahendique, periculum fecit Praeceptor. Res voto successit, at maxima cum difficultate; extractionis vero conamina frustranea erant: tanta enim aderat uteri rigidissimi constrictio spastica circa foetus corpusculum contractum inque globum flexum et praesertim circa pedem non nimis alte latentem, ut singulari quasi camerae inclusus videretur. Pluribus deinceps frustra institutis conaminibus, ab his desistendi consilium cepit Praeceptor, aliis officiis avocatus et multo labore fractus. Femina quiete et antispasmodicis uti jubebatur, cum illa uteri constrictio spastica princeps, immo unicum esset impedimentum. Pulveres ex opii puri gr. j. et nitri dep. scr. j. quovis bihorio sumendi et linimentum ex ung. Altheae unc. una cum laudan. liq Sidenh. drachm. duabus ad perungendum abdomen praescribebantur. Exactis quinque horis redeuntes feminam quiete paullulum refectam, viribus auctis, pulsu molliore majorique et constrictionibus spasticis, quamquam non omnino cessassent, paullulum tamen sopitis invenimus. Praemissis praemittendis denuo detractio pedis tentata est. Saepius at caute trahendo pedem et elevando thoracem contigit demum, et illum laqueo firmare. Facile nunc videbatur, operationem absolvere; attamen post semihoram et multum inutilis laboris contigit momento, quo constrictiones intermittebant, altera manu deprimendo clunes, margini ossium pubis adhaerentes, et altera fortiter trahendo laqueos, foetum extrahere. Caput in superiori apertura pelvis paullulum resistebat; mox vero et hoc solvebatur. Foetus perfectus, magnus, putredine incipiente hic illic epidermide orbatus erat, atque eo in loco, in quo maxima constrictio uteri fuerat, sulcus circum circa conspiciebatur. Placenta insignis magnitudinis fabae instar efformata mox foetum sequebatur. Funiculus solito longior, inferiori placentae margini insertus erat. Mater, licet partus laboriosissimus fuisset, utens remediis indicatis, felix puerperium transegit et opinione ac spe prius integrae valetudini restituta fuit. — Constrictio uteri topicarum uteri, plures exstant observationes, v. c. apud Saxtorph in Actis Soc. Medic. Havn. Vol II. apud Fielitz in Richters chir. Bibl. VII. p 782. Dease l. supra cit. obs. 9 et 10. p. 217 seqq. In Starks Archiv pluribus locis et apud multos alios. Contorsionum dictarum autem nullum hactenus inveni commemoratum exemplum.

genter explorat, omniaque perpendit, in magnum detrimentum feminae, in errorem ducere possunt; ne cogitem plura.

§. 49.

Alia illis minus frequentia impedimenta diagnoseos oriuntur ex foetus difformitatibus, quarum praecipuas quasdam ad propositum nostrum pertinentes, brevibus verbis hic enumerabo, omissis verum tamen illis, quae ad fabulas aniles relegandae sunt, quarumque multae leguntur apud Lemmium, Bartholinum, Schenkium, Lamsweerde, Valisnerium aliosque de foetubus simias, capras, equos, leones, pisces etc. referentibus. Rei momentosae pondus ut adderem; iis, quae jam numerose prostant delineationibus, proprias, quas ex liberalitate et humanitate dilectissimi Praeceptoris illust. Meckelii habui, quarumque specimina una cum aliis et ejusdem argumenti memoratu dignis in museo ipsius prostant, adjeci. Quo enim ejusmodi objecta, licet aliis similia, his tamen vel illis notis ab iis diversa frequentius et numero plura sensibus objiciuntur, eo diagnosis eorum, magni saepe momenti, exploranti facilior redditur. Omnes totius foetus ejusque partium conspicuarum et tactui sensibilium difformitates atque aberrationes a consueta forma et fabrica, ad quatuor classes sequentes referri posse censeo, nempe ad illas

1. per excessum,
2. per defectum,
3. ex situ partium porverso ac mutato, et
4. ex fabrica aliena.

Secundum hunc ordinem, ut eo facilius atque expeditius comparari et perlustrari possint vitia foetus, obstetricanti scitu digna, primo agam de difformitatibus singularum partium unius foetus, et dein exempla monstrorum, quae ex pluribus simul impraegnatis ovis composita videntur, enumerabo.

§. 50.

§. 50.

Eunti per singula eorum, quibus signa distinctiva partium in partu oblatarum, obliterari possint, occurrunt:

A. Capitis difformitates, et quidem

1. per excessum; hujusmodi sunt, hydrocephali vel universales i) vel partiales k), cum variis exinde ortis mutationibus ossium cranii ceterarumque partium capitis l); varii generis tumores, excrescentiae, appendiculae, etc. in diversis capitis locis, ipso capite majores m); capitis partes naturalem magnitudinem excedentes, v. c. maxilla superior aut inferior solito longior, excavata n), unde mirae historiolae et comparationes cum proboscide elephantis, cum ore piscis, rostro aliisque; denique universum caput, sicuti singulae ejus partes, variis in locis tumoribus aquosis obtectum.

2. per defectum. Integumenta communia et ossa cranii deficientia, vel ex parte vel omnino o); cerebrum et cerebellum deficiens p).

i) Vid. Hebenstreit. Diss. de Capitonibus. Lips. 781. c. fig. — Roederer in Comment. S. R. Scient. Götting. T. IV. p. 136. de monstro femineo cum hydrocephalo insignis magnitudinis aliisque difformitatibus, una cum praematura at bene formata gemella nato. — Ruysch, Thes. anat. II. Tab. 3. — Klinkosch de hydrocephalo foetus rariori, Pragae. 1773. Stalpart v. d. Wiel Observ. rarior Cent. II. obs. 14. Tab. 2. — Haller, Disp. anat. Vol. VI. p. 320. et plures alios.

k) Vide nostram Tab. I. Fig 1 et 2.

l) De his evolvas Sandifort l. c. Lib. II. Cap. 1. p. 6. 10. 12 seqq.

m) De tumore capitis purulento, pro natibus habito, evolv. Richter's chir. Bibl. VII. p. 472. Similem capitis abscessum pro foetus abdomine habuit alius, uti legitur in Journal de Medecin etc. T. LV. — Plures ejusmodi observationes invenies apud Ruysch in Obs. anat. chir. p. 69. Fig. 45. — In Memoir. de Berlin T. X. — La Motte obs. 357. — Philos. Trans. n. 180. p. 599. — Ephem. N. C. Dec. 2. ann. 9. obs. 148. Fig. 35. — A. F. Walter de partu monstroso, c. fig. Lips. 1732. Saxtorph in Collect. Havniens. Vol. II. p. 279. tumoris magni, super faciem ad os usque propendentis, observationem recenset, adjecta figura.

n) Nigrisoli Giorn. Parm. 1690. p. 219. Büchner miscellan. 1728. p. 1212.

o) Saxtorph trium ejusmodi observationum mentionem facit in Collect. Havn. Vol. II. p. 274 seqq. c. fig. — Conf. quoque van Doeveren observ. 2. p. 46. — Zwingeri observationem de defectu ossium frontis, parietalium etc. eorumque loco tumore magno hydropico in Act. Helvetic. T. I. p. 1 seqq. Haller l. c. p. 13. — Tab. nostr. IV. Fig. 1 et 2.

p) Adeas Tab. nostram II. Fig. 2 et Tab. III. Fig. 1 et 2. — Sandifort Descriptio. infant.

Absque auribus, naso, oculis, palpebris, maxilla superiori, inferiori, aliisque q). Immo totum caput defuit, ut a thorace foetus inciperent aut ab umbilico, cum ceteris corporis partibus mutilatis r). Capitis loco interdum corpus alienae fabricae et formae, absque naso, et oculis, collo quasi in pectus intruso, aliisque cum difformitatibus reperitur s).

3. Ob situm partium capitis perversum et mutatum. Frequens vitium et diversi generis, cujusmodi sunt herniae cerebri (encephalocele) simplices, compositae, ex cedentibus et extensis integumentis membranaceis et osseis, aut his disruptis et perforatis ortae t); Translocationes aurium ad collum u), oculorum, nasi etc.

4. Ob fabricam alienam. Occiput producta sutura sagittali in duas partes laterales, transversa in aliam superiorem, aliam inferio-

cerebro destit. L. B. 1784. c. fig. — Mohrenheim Wien. Beyträge B. II. p. 314. — G. Prochaska, Adnot. acad. Fasc. III. p. 165 seqq. c. fig — Journ. de Med. T. XXXV. obs. Dufour. Monro Bemerkung. über das Nervensystem. Leipz. 1787. Tab. IV et V. — Thilenium in Richters chir. Bibl. B. v. p. 150. — Heuermann's Physiologie Th. I. Tab. v. — Haller, oper. anat. min. p. 279. — Büttners anatom. Wahrneh. p. 92. — Laufer, de infante sine cerebro nato. Halae 1743. — Phil. Trans. LVII. I. 118. etc.

q) De infante capite permagno absque ullo nasi, oris et oculorum vestigio, vide Alix observata chir. Fasc. IV. Frankf. 1778. Storch de abortu cas. 56. ; oculorum loco foramina. Memoir. de Berlin T. X. de defectu nasi simul cum cerebri difformitate. — Winslow in Mem. de l'Acad. des scienc. 1722, simile.

r) Evolv Tab. nostr. V. Fig. 1 et 2. — Ephem. N. C. Dec. 2. ann. 9. obs. 148. Fig. 34. Schelhammer de monstro acephalo 1690. Magdeburgi nato. — Kundmann's, Seltenheiten d. Natur. Breslau 1737. p. 350. — Dounaud in Journ. de Med. T. XXXVII. observ. de puero bene ceterum formato sine capite illaesis involucris septimo grauiditalis mense enixo. — Observationem acephali corde, pulmonibus, ventriculo, hepate et renibus destituti nostro haud absimilis tradit Nicol. le Cat in Phil. Trans. Vol. LVII. P. 1. p. 1 seqq. Similes leguntur apud Büttner l. c. obs. XIII. p. 188. seqq. c. fig.; apud Cooper in Phil. Tr. Vol. 27 et 45. de acephalo sine collo, brachiis etc. simul cum gemello perfecto nato, aliosque plures.

s) Vid. Curtius, Diss. de monstro humano cum inf. gemello. L. B. 1762. c. fig. Capitis loco corpus hemisphaericum spongiosum. — Acta Berolin. Vol. IX.

t) Ejusmodi observationes reperiuntur apud Schneider chir. Geschichte etc. Th. X. c. fig. — Ferrand Mem. de l' Acad. d. Chir. T. v. ed. 4to. — In Eph. N. C. Dec. III. ann. 10. obs. 201. Ibid Dec. II. ann. 3. obs. 58. — Hebenstreit l. c. Walther obs. 28. Plures observationes apud Haller l. c. p. 11. not a. b. c. d.

u) S. Sebenicius, Diss. phys. qua respiratio foetus in matre nulla evincitur. Venet. 1765. 8.

rem divisum; ossificationes in locis fontanellae membranaceis, in hac vel illa suturarum v); justo minor ossificatio cranii, osteosarcoses ossium cranii exindeque fontanellae singulares w); ossa cranii ita compressa, ut nec cavitas nec cerebrum adessent x) aliaque vitia structurae cranii ejusque partium singularum y); nasus divisus z); labia leporina a), simul cum divisione palati et maxillae superioris b), vitium frequentissimum; os narisve exitus clausus etc.

B. Trunci difformitates;

1. per excessum. Huc pertinent varii tumores ex collectione praeternaturali aquae c), humoris gelatinosi, sanguinis etc. sub cute aliisque locis d); excrescentiae, sarcomata, tumores cystici e), et spina bifida f).

Mirae praeterea ibi commemorantur mutationes in capite foetus. — Auris sinistrae in gena ejusdem lateris positio reperitur in Starks Archiv II. 1. p. 71.

v) Vide Tab. nostram II. Fig. 1. — C. I. Eschenbach's Fortsetzung seiner Beobachtungen. Saxtorph, l. c. Vol. II. p. 278. c. fig. — v. Doeveren, Observ. Sect. XIII. p. 184. seqq. — Sandifort, in observat. anat. pathol. L. III et IV. Ejusdem exercitat. acad. Lib. II. passim aliisque locis. — Wegelin in Starks Archiv I. 4. p. 101.

w) Evolv. Osiander's Beobachtungen etc. p. 233. seqq. Saxtorph l. c. Vol. II. p. 279. Tab. 4. fig. 6. In hoc capite, a fontanella usque ad dimidium frontis, deest pars ossea, cujus defectum membrana supplet.

x) Anselin in Journal de Med. T. XXXV.

y) Daubenton, Descript. du Cabinet du Roi. T. III. p. 68. — A. Murray, de infundibulo et ossium capitis in foetu structura aliena. Upf. 1772.

z) v. Doeveren l. c. Sect. II. p. 5.

a) v. Doeveren. l. c. Sect. II. p. 48. Storch, Hebammenk. p. 352. observ. fissurae duplicis.

b) Vide Tab. nostram IV. Fig. 2. — Act. Havn. I. n. 110. — Mohrenheim's Beobacht. B. 2. d. 77. seqq.

c) Roederer in Comm. Goett. T. IV. p. 139.

d) Haller Opusc. de monstris. p. 205.

e) Adeas Housset in Mem. d. l' Acad. de Paris, an. 1772. P. I. de insigni tumore cystico neonati, cum dislocatione orificii ani et genitalium. Similes observationes tradunt: Saxtorph in Collect. Havn. Vol II. Huxham in Abhandl. aus den philos. Transact. Lübeck. Th. 3. aliique. Conf. et Tab nostra VI. 9.

f) Vid. Ruysch l. c. obser. XXXIV. Fig. 36. obs. XXXV et XXXVI. — Vogels Beob. Rostock. 1759. p. 414. — Tulpii obser. Lib. III. Cap. 30. Tab. XI.

2. per defectum. Ad has referantur observationes defectus colli g) integumentorum thoracis, abdominis, circa umbilicum h) etc. orificii ani, genitalium, aliarum partium externarum trunci, sterni, musculorum abdominis pectorisve, immo totius pectoris i).

3. ob situm mutatum; hic commemorandae sunt: herniae, frequens vitium in abdomine imo et pectore, quod interdum et defectu integumentorum, musculorum abdominalium, diaphragmatis, sterni etc. oritur — saccorum instar ab abdomine propendentes cum inclusis plerisque contentis abdominis k) immo et pectoris l); viscera vel pectoris vel abdominis, vel utriusque, nuda extra cavitates reperta m); ani et genitalium, a positione naturali mutationes n).

4. ob fabricam alienam. Quo referas spinam bifidam, perfectam, si omnes totius columnae spinalis vertebrae fissae; imperfectam, ubi nonnullae tantum divisae o); anum clausum p); integumenta vario modo degenerata, pilis obsessa q), etc.

g) Conf. La Motte l. c. obs. 355. — Hoin Memoires de Dijon, Vol. II.

h) Ruysch l. c. obs. 71. Fig. 59. obs. 72 et sequente.

i) Sue Memoir. de l' Acad. 1746. p. 42. seqq. — Guiot in Journ. de Medec. Tom. 33. — Ephem. N. C. Dec. 3. ann. 9. 10. — Baillet in Journal de Med. Tom. 53. de infante sine genitalibus et ano. — Baster in Philos. Trans. T. 47. num. 495. de infante, in quo genitalium loco, cutis et multum pinguedinis reperiebatur. — Bresl. Saml. 1722. vers. Jun. Haller l. c. p. 30 seqq.

k) Haller, Opusc. pathol. obs. 29. p. 60. — Ephem. N. C. Vol. VII. obs. 16. Ibidem Dec. II. ann. 9. obs. 98. c. fig. — S. de Wind in Abh. der Gesellf. zu Vlissingen T. 1. Abh. 1.

l) Vide Tab. nostr. V. Plura et hujus et illius mali exempla invenies allegata apud Haller l. c.

m) Adeas Fried, de foetu intest. nudis extra abdomen. Argent. p. 8. 1760. Bach de infante vivo nato cum intestinis extra abdomen propendentibus insigniter crassis; vid. Richters chir. Bibl. B. VIII. p. 497. — Prochaska, l. c. Fasc. III. p. 172 seqq. Tab. 2 et 3. Observatio ac delineatio foetus cum plerisque thoracis et abdominis visceribus effusis aliisque difformitatibus. — Büttner l. c. p. 121. Schulz, Abhandl. d. schwed. Acad. B. 24. p. 27.

n) Vide inter alios Alix observ. chirurg. Fasc. II.

o) Vid. Tab. nost. III. Fig. 1 et 2. — Mohrenheims Beobacht. B. 1. Tab. II. fig. 1 et 2. — Büttner l. c. 7 et 8 observ. Alter acephalus cum spina bifida XV. horas post enixum vixerat. — Hoin in Memoir. de Dijon Vol. II. duas ejusmodi observationes refert.

p) Conf. v. Pappendorf von der Verschliessung des Afters. Leipz. 1783. — Petit le Pere in Memoir. de l' Acad. de chir. T. I. p. 2. p. 256. ed. 8vo. — Memoir. de Berlin ann. 1771. p. 537.

C. Extremitatum a statu naturali aberrationes, videlicet

1. per excessum; quatenus reperiuntur magnitudine et numero excedentes, v. c. sex, septem, immo octo et plures manuum et pedum digiti r).

2. per defectum; inveniuntur foetus extremitatibus superioribus aut inferioribus, solito brevioribus, mutilatis, vel plane deficientibus vel ex parte, hujus vel illius lateris vel utriusque; sexu et pedibus destituti et in caudam terminati, brachiis nullis, crure altero deficiente vel utroque, nulli aut manuum pedumve digiti, neque carpus et metacarpus, nec tarsus aut metatarsus etc. s)

3. ob situm mutatum; quo pertinent observationes pedum ex femore t), trunco, dorso, collo, aliisque locis prodeuntium u), manum a scapula propendentium v) etc.

4. Ob fabricam alienam; v. c. pedes manusve distorti, vel extrorsum vel introrsum conversi (Vari) w); digiti vario modo connati x); lumbi distracti y), hygromatibus aliisque structurae vitiis

q) I. Bang de monstro Havniae 1767. nato. v. Collect. Havniens. Vol. I. p. 92. Tab. 4. Hujus monstri tota superficies pilosa. Similis foetus hirsutus apud Valisneri in oper. T. II. p. 278. commemoratur.

r) Ejusmodi exempla leguntur apud v. Doeveren l. c. — Schmucker chir. Schriften B. II. p. Sandifort obser. anat. path. Lib. IV. Haller l. c. p. 27.

s) Non rarius prioribus observantur hae difformitates. Evolv. v. c. Halleri oper. min. T. III. p. 21. 30. seqq. — Abhandl. der Acad. zu Wien B. I. p. 222. — Herold observationem in Starks Archiv. B. I. 1. p 37 seqq. c. fig. quae observatio defectus pedum simul cum eventratione, propter partus historiam exacte et sincere traditam, hic praeprimis conferenda. — Allgem. Hist. der Natur Th. II. p. 131. Ephem. N. C. Dec. III. an. 10 etc. aliosque.

t) Museum Petropol. I. p. 196.

u) Vid. Philos. Trans. nor 456. Abh. der schwed. Acad. T. XXV. p. 77.

v) Breslauer Saml. ann. 1715 mens. Mart.

w) Istiusmodi exempla tradunt Mauriceau l. c. p. 158. Storch Hebammenkunst. p. 351. — Abhandl. aus den phil. Transact. Leipz. 1776. Th. 3. Acta Havniens. Vol. III. obs. 59.

x) Haller l. c. T. III. p. 37.

y) v. der Wiel observ. rarior. P. I. Cent IIda. obs. 34. c. fig. aliique.

difformes z); ossa artuum quam maxime curva a) etc. quae aberrationes et occurrentes variationes dictarum partium incerta reddunt signa, ex illarum statu naturali in partu desumenda, etiamsi eadem non prorsus obliterent.

§. 51.

Hactenus recensitis, non minoris momenti sunt impedimenta diagnosis ea, quae oriuntur ex foetibus concretis et compositis, qui vel ex duobus perfectis, vel ex uno vero legitimo et ex alius hac vel illa parte, vel denique ex pluribus, vario modo, aliis debiliori aliis firmiori nexu inter se coalitis, habentur. Horum sunt

A. Gemini coaliti; in fronte b), occipite c), vertice d) a dorso e), natibus f), pectore solo, pectore et abdomine g), e latere h) etc.: posteriores frequentissimi sunt.

B. Ex uno perfecto cum alterius parte. Ejusmodi sunt: monocorporei capite semi-duplici, facie vario modo ex duabus composita, duobus nasis, duobus oribus, totidemque occipitibus, tribus aut quatuor

z) De foetu, eo modo aliisque vitiis difforme simul cum gemellis nato, legas Köhler observ. in Starks Archiv. B. II. 2. p. 58. c. fig.

a) Journ. de Medec. 1757. m. Dec.

b) Histoire de l' Acad. d. Sc. 1703. N. 7.

c) Daubenton, Desc. du Cabin. du Roi. T. III. p. 61. — Journal de Trevoux 1716. Ian.

d) Hist. de l' Acad. d. Sc. 1703, — Abh. d. Gesf. zu Harlem. Th. IV. p. 376.

e) Hist. d. l' Ac. d. Sc. 1745 p. 21.

f) Neue Samm. aus d. Franz. B. IX. p. 48. fig. I. Voelter, Hebammensch. p. 232. Phil. Trans. Vol. 49. de puellis ungaricis, quae adoleverunt. c. fig.

g) Haller, oper. anat. p. 141. I. F. Mayer. Geburt 2 an den Bäuchen zusammengew. Kinder. m. K. Frankf. 772. — In Vogel's, medic. Bibl. B. I. p. 466. refertur historia ejusmodi partus et error exinde ortus. — Siegwart hist. gemellorum coalitorum. Tub. 1769 c. fig. — Act. Med. Berol. Dec. II. Vol. VI. fig. 1 et 2. Haller oper. minor. T. III. p. 98. Tab. 14. — 18. Cl. Walter observat. anat. Tab. I-VI. — Boehmeri fasc. observ. anat.

h) Plura horum exempla invenies apud Haller l. c. T. III. passim.

oculis auribusque i) etc.; quibus caput et truncus simplex, at artus superflui, v. c. tripedes k), quadrimani, crure tertio aliisque partibus abundantibus, ex diversis corporis locis prodeuntibus l); bicipites monocorporei et extremitatibus communibus m), aut pluribus, ternis vel utrimque duabus n), bicorporei monocephali, capite plerumque permagno, auribus quatuor, rarius duabus aut tribus et oculis quatuor in duos confluentibus, oculo unico, aliisque variationibus o); quibus omnes partes externae duplicatae, exceptis capite, aut extremitatibus vel superioribus vel inferioribus, aut minoribus quibusdam partibus p);

C. Ex pluribus composita; hujusmodi exempla dubia sunt. Huc referantur observationes trium capitum, uni trunco nexorum q) aliaque similia, sicuti et substantiae heterogeneae ex pluribus membris compositae r).

§. 52.

Ultimo demum loco brevibus tangere necessarium putem, exstare observationes foetuum in utero degentium, qui eodem, quo mater labo-

i) Istiusmodi exempla leguntur apud Valisneri observ. var. p. 297. In Ephem. N. C. D. II. an. 1. p. 134. Ibid. an. 3. obs. 156.

k) Siegwart, de tripede Heiterspacense. Tubing. 1755. Journ. de Med. II. n. 4. Journal Encyclop. 1757. Janv.

l) In genere sup. citat.

m) Prochaska, adnot. acad. Fasc. II. Tab. I. 4. p. 47, seqq. Similis observ. refertur in Philos. Trans. n. 138. apud Monro l. c. p. Tab. VI. Lindsay of Pitscottie's, Histoire of Scotland. p 90.

n) Tulpii obs. Lib. III. Cap. 37. Tab. 13. — Ibid. Cap. 38. c. fig. — Brunner de foetu monstroso bicipiti monocorp. extremitatibus superioribus semiduplicatis. c. fig. Argent.

o) Klinkosch, descriptio bicorporei monocephali, c. fig. Pragae 1767. Duvernoi Comm. Acad. Petropol. T. V. 3. Boehmer l. c. Fasc. II. Tab. 3 et 4. Winslow, Mem. de l'Acad. 1743. p. 337.

p) Willich, von einer Missgeburt, die 1785 von ihm entbunden. — Büttner l. c. p. 58. c. fig. — Wahlbom Schwed. Abhandl B. 26 p. 82. c. f.

q) Bartholin Cent. VI. hist. 49. Ephem. N. C. Cent. V. obs. 28.

r) Ruysch Thes. II. Tab. 4.

rabat, affecti erant morbo. Hic nominandi sunt infantes, in utero variolis s), aliisque vitiis et morbis cutaneis t), hydrope u) etc. affecti; lue venerea matris destructi, tabe- et putrefacti v). Praeterea inventi sunt, foetus in utero petrefacti, semiossei w), insignis magnitudinis x). in molas vel aliud quoddam mutati, vel ex mora in utero y) vel alia ex causa.

s) Ejusmodi notabile exemplum asservat illustr. Meckel inter alia memorabilia. Est foetus femineus, legitimo fere tempore exclusus, mox jam post partum mortuus. Variolae a matre, quae illis laborabat, cum ipso in utero hospitante, communicatae sunt. Facies tumida una cum trunco passim variolarum cicatrices recentes, partim escharas adhuc praevias, offert. Similia exempla leguntur apud Mauriceau l. c. p. 493 et 66. ubi de se ipso tradit, se cum variolis genitum tempore, quo consanguinei eo morbo laborarent; Borsieri Inst. med. pr. Venet. Vol. III. p. 185 seqq. Vogel's Handbuch Th. III. p. 11. B. Robert. in Abh. für practt. Aerzte. B. X. p. 390. aliosque.

t) Halleri Elem. phys. L. XII. p. 13.

u) Roederer, in Comm. Götting. T. IV. p. 139.

v) Girtanner, Abh. über die vener. Krankh. p. 431. Mauriceau l. c. obs. 600. aliique testantur.

w) Lieutaud l. c. Vol. I. obs. 1453 et 1536. — Abh. d. Acad. zu Wien I. p. 228. Tab. 2. 3 et 4.

x) Vid. praeter supra §. 27. w. allegata ejusmodi exempla, Hamburg. Mag. B. XI. Th. 4. p. 356.

y) Phil. Trans. III. 101. In Prodrom. Actor. Havniens. p. 107 de foetu, X annos in utero morante et denique destructo, praegresso partu naturali, excluso. — Haller, Diss. pract. T. IV. p. 757.

FIGURARUM EXPLANATIO.

TABULA I.

Fig. I

Exhibet ossium compagem hydrocephali interni, tam universalis, quam partialis præsertim sinistri lateris, ex infante recens nato. Ratione magnitudinis cum natura exacte convenit et a facie anteriori, atque sinistra hic cernitur.

a) Os frontis, sutura frontali in duas partes divisum. In hoc, sicuti in ceteris cranii ossibus, sulci et fibrae osseae, quae radiorum instar ad peripheriam feruntur, egregie conspicuae sunt.

b) Angulus anterior superior ossis bregmatis dextri.

c) Ossis bregmatis sinistri, in duo triangula divisi, triangulum superius. Hydrocephalum partialem format cum

d) triangulo inferiori ejusdem ossis.

e) Magna interstitia membranacea, fontis pulsatilis majoris, membranae coronalis et ejus, quae triangula ossis parietalis sinistri separat.

f) Pars squammosa ossis temporum sinistri.

g) Processus zygomaticus.

Fig. II

Offert idem caput a dextra et posteriori facie ita, ut pars simul inferioris superficiei occurrat.

a) Os occipitis.

b) Ossis bregmatis dextri maxima pars.

c) Ejusdem sinistri lateris portio superior.

d) Ejusdem ossis pars inferior et posterior, correspondens cum litt. d. Fig. I.

eeee) Interſtitia membranacea, ſagittale et lambdoideum, adeo enormiter diſtracta, ut fontanellae minoris et lateralis omnis ſpecies evanuerit.

fff) Oſſicula numeroſa in iis obvia.

gg) Oſſis occipitis partes condyloideae.

h) Foramen magnum hujus oſſis.

i) Pars ſqammoſa oſſis temporum dextri lateris cum proceſſu zygomatico.

TABULAE II.

Fig. I

Siſtit partem ſuperiorem cranii fœtus perfecti, maturi, cum oſſe peculiari Wormiano in fontanella magna.

aa) Oſſa bregmatis.

bb) Os frontis, media ſutura ſua in duas partes diviſum.

c) Apex oſſis occipitis.

dd) Oſſicula Wormiana in ſuturae coronalis et lambdoideae cruribus ſiniſtris.

e) Inſigne os peculiare in fontanella magna, cujus longitudo ſeſqui pollicem, latitudo pollicem aequat.

Fig. II

Repraeſentat faciem poſteriorem foetus, octo circiter menſium, cranio, cerebro et cerebello deſtituti, cum ſpina bifida, ad tertiam dorſi vertebram usque decurrente. Similes recentiorum obſervationes, quarum numerus facile adaugeretur, exhibet §. 49. not. h. Vivus, a matre ſana, nullum omnino malum per omnem graviditatem perpeſſa, neque ullius ideae ingratae ſibi conſcia genitus eſt hic acephalus ſpurius, cujus artus et truncus optime conformati ſunt. Liquor amnii hujus et ſequentium limpidiſſimus, et nihil alieni continens reperiebatur. Quod Morgagni, Sandifort aliique obſervarunt, (multo frequentius nempe in foetibus ſexus ſequioris diſformitates tales obſervari, quam in maribus,) etiam noſtri caſus tres, qui pariter feminei ſunt, confirmant.

aaa)

aaa) Margo cutaneus, pilis hirſutus.

bb) Aures, multum a capite diſtantes et anteriora ejus occupantes.

c) Bulbus oculi dextri admodum prominens et ex orbita quaſi protruſus, ſuperciliis carens aeque ac oculus ſiniſter.

dd) Baſis cranii absque ullis integumentis, obtecta ſolum tenui, molli, fusca et pulpoſa membrana, quae marginis cutanei aaa productio est. Variae in hac baſi conſpiciuntur protuberantiae, membrana jam dicta obtectae.

ee) Productio membranae pulpoſae dd ſuper vertebrarum colli corpora nuda ad usque tertiae dorſi interſtitium, quocum in f. initium facit canalis infundibuliformis medullam ſpinalem continentis.

TABULAE III.

Fig. I

Acephalum imperfectum octimeſtrem alterum a parte poſteriori conſpiciendum praebet. Et hic foetus in lucem editus aliqua vitae ſigna edidit. Cranii pars ſuperior membranacea et oſſea, una cum cerebro, cerebello et medullae ſpinalis parte ſuperiori in integrum abeſt. Spina bifida in hoc ad vertebras lumborum usque progreditur. Reliquae trunci partes bene formatae ſunt excepto collo breviſſimo, adeo, ut caput inter humeros haerere videatur.

aa) margo cutaneus ad dorſum usque pilis obſitus,

bb) aures humeris innixae.

cc) Bulbi oculorum extra orbitas protuberantes.

dd) Membrana pulpoſa, formans tumorem fungoſum in hoc individuo, qui omnem cranii baſin obducit, in figura vero aliquantulum reclinatus eſt. Hic tumor a tegumentis capitis communibus, ſanguine extravaſato diſtentis, effici videtur.

ee) Baſis cranii, membrana, quae illius dd continuatio eſt, veſtita, cujus filamenta usque ad g protenduntur.

f) Foramen, ad duas lineas baſin penetrans, in protuberantia laterali, quae partem petroſam oſſis temporum repreſentare videtur. Similis eminentia in latere oppoſito apparet.

g) Conjunctio filamentorum, e membrana e e productorum cum margine cutis a a.

h h) Spinae bifidae partes laterales in regione dorſi.

i) Depreſſio cutis, ſpinae bifidae ſubjacentis, ad

k) Regionem lumbalem, quo usque producitur ſpina bifida, cernua.

Fig. II

Oſtendit foetum ſeptimeſtrem cerebro, cerebello et theca cranii magnaque integumentorum communium parte deſtitutum, cum ſpina bifida, per omnem ſpinam dorſi producta. Anterioris cranii partis hoc in foetu prioribus major portio ſupereſt.

a a a) Margo cutaneus, omnem anteriorem capitis partem tegens et ſuperiorem ſpinae bifidae partem circumſcribens, pilis frequens.

b b) Tumor pulpoſus, d d. Fig. 1. haud abſimilis, omne tamen baſeos cranii reliquum obtegens, ut nil ejus tactu dignoſci potuerit.

c c) Spina bifida ad usque orificium ani decurrens; proceſſuum ſpinoſorum radices, in aliis obviae, deſunt omnino: hinc adeo diſtenti ab invicem fines oſſei transverſorum.

TABULAE IV.

Fig. I.

Cranium oſſeum acephali ſpurii maturi, cum palato et proceſſu alveolari maxillae ſuperioris fiſſis, a parte ſuperiori exhibitum.

a a a) Leviter inflexus margo partis inferioris oſſis occipitis, quo deſinebat.

b) Foramen magnum occipitis.

c c) Partes ſquammoſae oſſium temporum, laterales partes hujus cranii conſtituentes.

d d) Partes petroſae temporum.

e) Proceſſus baſilaris.

f) Lamina perpendicularis oſſis ſphaenoidei.

gg) Foſſae occipitales inferiores.

hh) Foramina lacera ſeu jugularia.

i) Criſta galli.

k) Foramen opticum.

ll) Alae majores oſſis multiformis, baſin foſſarum anteriorum formantes.

mm) Pars orbitaria oſſis frontis, contra naturam in duas portiones laterales diviſa.

nn) Inciſura ethmoidea oſſis frontis.

oo) Oſſa jugalia, orbitas formantia.

pp) Proceſſus naſales maxillae ſuperioris, ob defectum oſſium naſi diſtantes.

q) Mentum.

Fig. II.

Ejusdem capitis facies anterior.

a) Maxilla inferior.

bb) Foramina pro tranſitu nervi maxillaris tertii rami quinti paris.

c) Alveolus apertus, in quo conſpicitur dentis canini rudimentum.

dd) Oſſium maxillarium ſuperiorum proceſſus alveolares cum

e) hiatu ad poſteriorem usque palati terminum poſtice, ſuperius vero per omnem naſi altitudinem pergente, naſi oſſium propriorum defectu aucto, et ita ampliato, ut in narium irregulare cavum introſpici poſſit.

ff) Proceſſus naſales maxillae ſuperioris cum

gg) Proceſſibus orbitariis internis oſſis frontis nexi.

hh) Inciſura ethmoidea.

i) Criſta galli.

kk) Partes mammillares oſſium temporum.

ll) Orbitae.

n) Foramina infraorbitalia.

TABULA V.

Oſtenditur hic foetus octo menſium et quod excurrit, cum inſigni ſacco hernioſo aliisque difformitatibus a facie anteriore inque magnitudine naturali. Obſer-

vatio

vatio dilectiſſimi Patrui, medici practici celeberrimi apud Islebienſes, a quo mecum communicata fuere, quae paucis hic repetam. Mater, ex qua natus hic foetus, erat femina, trigeſimum ſecundum aetatis annum agens, temperamenti ſanguineo-cholerici. Felix jam trium infantum mater, et ſemper optima valetudine gaudens, nunc quarta vice utero gerens, jam ſeptimum attigerat graviditatis menſem, quum ira vehementiſſima excandeſcens aeque vehementes perciperet foetus motus per plures horas. Hos ſecuta eſt longa foetus quies; tandem vero ſolitos naturales foetus motus percepit mater. Elapſis quatuor hebdomadibus ab illo die, denuo ſimili modo irata mater, ſimiles ſentit foetus motus, quos mox ceſſantes, ſecuti ſunt dolores ad partum, quibus foetus hic adumbratus absque ullo auxilio facile, capite praevio, aliqua vitae ſigna edens, in lucem prodiit. Praeterea mater nec geſtationis, nec partus tempore quidquam inſoliti et notatu digni paſſa eſt. Specialia difformitatum ex tabula patent.

a) Hernia ventralis ſacciformis, inſignis magnitudinis, complectitur non ſolum pleraque abdominis, ſed etiam thoracis viſcera.

b) Pars funiculi umbilicalis.

c) Pedunculus quaſi ſacci hernioſi, qui a latere cartilaginis enſiformis dextro incipit, unum continuum cum ceteris integumentis faciens.

d) Margo acutus hepatis, ibi locorum pellucens.

eee) Gyri inteſtinorum aeque per tenue ſacci involucrum conſpicui.

f) Pectus valde difforme, depreſſum et praeter glandulam thymus et extremitatem ſuperiorem pulmonis ſiniſtri nil continens.

g) Saccus cutaneus, lympha repletus, in quo ipſo aperto ſpina bifida, foramine ovali definita, conſpiciebatur. Genitalium et ani nullum veſtigium.

TABULAE VI.

Fig. I

Oſtendit faciem externam anteriorem foetus inſigniter monſtroſi, toto capite, pectore aliisque ad vitam magis minusve neceſſariis partibus, deſtituti. Obſervatio a Celeb. Selle cum Ill. Meckel communicata. Huic ſimiles quasdam obſervationes §. 49. jam allegavi; plures inveniens apud Sandifort in anatome infantis

cere-

cerebro destituti, cap. secundo de veris acephalis. Acephalus noster septimestris, ut videtur, erat, nec solum capite, collo, brachiis, pectore, corde, pulmonibus, immo omnibus pectoris et abdominis contentis, excepto rene sinistro cum glandula suprarenali et particula intestinorum orbus, sed etiam iis, qui ei supersunt artus, curvatis et contortis, difformis est. Peculiares difformitates externas Tabula commonstrat. Est nempe

a) Massa mollis carnoso-adiposa, manus dextrae loco, plicis et protuberantiis inaequalis,

b et c) binae appendiculae, digitis haud absimiles; c unguem habet, quo b caret.

d) Plica cutanea.

e) Massa difformis, mollis, cui desunt omnia ossa, brachium et antibrachium repraesentans.

f) Tumor adiposo-carnosus, ad instar mammae hypochondrium dextrum occupans.

g) Tumor ejusdem conditionis in sinistro latere, dextro major. Incisis his, inveniebatur cavitas ex illa pectoris et abdominis composita, superius costis absque sterno, inferius musculis abdominalibus imperfectis definita. In sinistro latere hujus cavitatis, ren cum glandula suprarenali; in dextro massa fungoso-carnea; in medio vero intestinorum pars, proprio sacco membranaceo inclusa, quae ad orificium ani usque progreditur, occurrebat.

h) Saccus ille membranaceus apertus et reclinatus.

i) Particula intestinorum jam dictorum propendens

k) Apertura rotunda, pro insertione funiculi.

l) Funiculus umbilicalis.

m) Processus cutaneus, papillae non absimilis, foveolae suo stilo insertus.

nn) Plicae passim observandae.

o) Infimi ventris sedes, visceribus vacua.

p) Regio iliaca sinistra.

qq) Femora quam maxime contorta ac difformia. Dextrum sinistro crassius. Ossa femoris et pelvis adsunt.

r) Genu sinistrum cum magno tumore, plica profunda cutanea distinctum. De patella nil.

s) Idem dextri lateris, cum illo majori tumore.

t) Crus dextrum ſitu plane horizontali, oſſibus non carens, aeque ac

u) Crus ſiniſtrum, priori longius. In huius anteriori ac inferiori parte apparet

v) Proceſſus cutaneus.

w) Pes ſiniſter difformis cum appendicibus duabus adinſtar digitorum. Tarſi et metatarſi oſſa nonnulla, at digitorum nulla adeſſe, tactus evincit.

x) Planta pedis dextri, ſiniſtro pede multo perfectior.

y) Regionis iſchiaticae dextrae pars.

z) Proceſſus cutaneus, ſeſqui pollicem longus, prope orificium ani oriundus.

α) Orificium ani

β) Vulva

γ) Praeputium clitoridis.

δ) Regio iſchiatica ſiniſtra.

Fig. II

Offert eundem foetum a parte poſteriori.

a) Dorſum, molle, ſpongioſum.

b) Humerus ſiniſter cum appendice papillaeformi.

c) Humerus dexter, ſiniſtro major et perfectior.

d) Appendicis b in fig. I. pars prominens.

e) Inciſura, inter humerum b et

f) genu ſiniſtrum.

g. et h) Eaedem partes dextri lateris.

i) Proceſſus cutaneus minor a poſteriori.

k) Facies poſterior proceſſus cutanei majoris.

l) Facies externa pedis ſiniſtri. m) Eadem dextri.

CLASSIS PRIMA.

Situs praeternaturales *ſimplices*, in quibus ejusdem generis partes foetus ad orificium uteri converſae.

Ordo I. *Capitis ſitus praeternaturales.*

Genus I. *Situs faciales.*

Spec. 1. Frons verſus os ſacrum, mentum ad pubem.
Spec. 2. Frons ad oſſa pubis, mentum ad os ſacrum directum.
Spec. 3. Frons dextrorſum, mentum ſiniſtrorſum.
Spec. 4. Frons ad ſiniſtrum, mentum ad dextrum matris latus.

Gen. II. *Situs occipitales.*

Spec. 1. Vertex poſterius, nucha anterius.
Spec. 2. Vertex ad pubem, nucha ad os ſacrum verſa.
Spec. 3. Vertex dextrorſum, nucha ſiniſtrorſum.
Spec. 4. Vertex ad ſiniſtram, nucha ad dextram matris.

Gen. III. *Capitis latus dextrum praevium.*

Spec. 1. Frons et facies dextrorſum, occiput ſiniſtrorſum, vertex ad os ſacrum.
Spec. 2. Frons et facies in ſiniſtro, occiput in dextro matris latere, vertex ad os pubis.
Spec. 3. Frons et facies anterius, occiput poſterius, vertex dextrorſum.
Spec. 4. Auris dextra in axi pelvis, frons et facies ad os ſacrum, occiput ad pubem, vertex ſiniſtrorſum.

Gen. IV. *Capitis latus ſiniſtrum praevium.*

Auris ſiniſtra in axi pelvis, cetera ut in ſpeciebus Gen. IIItii; at ſitu illis oppoſito, excepto vertice.

Gen. V. *Situs verticales.*

Spec. 1. Frons verſus os ſacrum, occiput ad os pubis.
Spec. 2. Frons os pubis reſpiciens, occiput ad os ſacrum.
Spec. 3. Frons in ſiniſtro, occiput in dextro matris latere.
Spec. 4. Frons dextrorſum, occiput ſiniſtrorſum.
Spec. 5. Frons anterius et dextrorſum, occiput poſterius ad ſymphiſin ſacro-iliacam ſiniſtram.
Spec. 6. Frons anterius et ſiniſtrorſum, occiput verſus ſymphiſin ſacro-iliacam dextram.

Ordo II. *Collum ad os uteri converſum.*

Gen. I. *Facies colli anterior praevia.*

Spec. 1. Facies poſterior, pectus anterius ſuper oſſa pubis.
Spec. 2. Faciei pars inferior ad pubem, pectus ad promontorium oſſis ſacri.
Spec. 3. Facies in dextro, pectus in ſiniſtro matris latere.
Spec. 4. Facies verſus ſiniſtram, pectus ad dextram cavitatem iliacam.

Gen. II. *Nucha et cervix praeviae.*

Spec. 1. Dorſum anterius, occiput poſterius ſuper promontorium.
Spec. 2. Dorſum poſterius, occiput anterius ſuper pubem.
Spec. 3. Dorſum ad ſiniſtram, occiput ad dextram cavitatem iliacam.
Spec. 4. Dorſum dextrorſum, occiput ſiniſtrorſum.

Gen. III. *Colli latus dextrum praevium.*

Spec. 1. Caput cum latere dextro ſuper promontorium, humerus dexter anterius ſuper pubem, facies dextrorſum.
Spec. 2. Capitis latus dextrum ſuper pubem, humerus dexter poſterius verſus promontorium, facies in ſiniſtro matris latere.
Spec. 3. Caput in dextra, humerus dexter in ſiniſtra civitate iliaca, facies anterius.
Spec. 4. Capitis latus dextrum in cavitate iliaca ſiniſtra, humerus in dextra, facies poſterius directa.

Gen. IV. *Colli latus ſiniſtrum ad orificium uteri converſum.*

Spec. 1. Latus ſiniſtrum capitis verſus os ſacrum, humerus ſiniſter ſuper pubem, facies ſiniſtrorſum.
Spec. 2. Capitis latus ſiniſtrum ſuper pubem, humerus ſiniſter ad promontorium verſus, facies dextrorſum.
Spec. 3. Caput cum latere ſiniſtro in dextra, humerus ejusdem lateris in ſiniſtra cavitate iliaca, facies verſus os ſacrum.
Spec. 4. Capitis latus ſiniſtrum in ſiniſtro matris latere, humerus in dextro, facies anterius verſus pubem.

Ordo III. *Trunci pars ſuperior praevia.*

Gen. I. *Pectus praevium.*

Spec. 1. Collum et facies ad os ſacrum, abdomen ſuper pubem.
Spec. 2. Collum et facies ad pubem, abdomen verſus os ſacrum.
Spec. 3. Collum et facies dextrorſum, abdomen ſiniſtrorſum.
Spec. 4. Collum ad ſiniſtram, abdomen ad dextram cavitatem iliacam.

Gen. II. *Dorſum ad os uteri directum.*

Spec. 1. Lumbi anterius ſuper pubem, cervix ad os ſacrum.
Spec. 2. Lumbi ad os ſacrum, cervix ſuper pubem.
Spec. 3. Lumbi in ſiniſtra, cervix in dextra cavitate iliaca.
Spec. 4. Lumbi dextrorſum, cervix ſiniſtrorſum.

Gen. III. *Humerus dexter praevius.*

Spec. 1. Colli pars lateralis dextra et caput ad os ſacrum, hypochondrium dextrum ſuper pubem, dorſum verſus ſiniſtrum matris latus.
Spec. 2. Collum et caput anterius, hypochondrium et lumbi poſterius, dorſum verſus dextram matris.
Spec. 3. Caput et collum in dextra, hypochondrium et lumbi dextri lateris in ſiniſtra cavitate iliaca, dorſum poſterius.
Spec. 4. Caput et collum ſiniſtrorſum, hypochondrium dextrum foetus dextrorſum, dorſum anterius converſum.

Gen. IV. *Humerus ſiniſter praevius.*

Spec. 1. Colli pars lateralis ſiniſtra ſuper os ſacrum, hypochondrium ſiniſtrum ſuper pubem, dorſum in dextro matris latere.
Spec. 2. Collum et caput anterius, hypochondrium ſiniſtri lateris poſterius, dorſum ſiniſtrorſum.
Spec. 3. Ejusdem lateris hypochondrium et lumbaris regio in ſiniſtra, collum et caput in dextra cavitate iliaca, dorſum anterius.
Spec. 4. Hypochondrium ſiniſtrum in dextra, collum et caput in ſiniſtra cavitate iliaca, dorſum poſterius.

Ordo IV. *Trunci pars media ad uteri oſtium converſa.*

Gen. I. *Abdomen delapſum.*

Spec. 1. Pectus poſterius, genitalia et femora ſuper pubem.
Spec. 2. Pectus ſupra pubem, genitalia ad os ſacrum converſa.
Spec. 3. Abdomen ſitu transverſo, ita ut pectus dextrorſum, femora ſiniſtrorſum.
Spec. 5. Pectus in cavitate iliaca ſiniſtra, femora in dextra.

Gen. II. *Regio lumbalis praevia.*

Spec. 1. Clunes et pedes ſuper pubem, dorſum et ſcapulae poſterius.
Spec. 2. Humeri et ſcapulae ſuper pubem, clunes ad os ſacrum.
Spec. 3. Clunes in ſiniſtro, ſcapulae in dextro matris latere.
Spec. 4. Clunes dextrorſum, ſcapulae ſiniſtrorſum.

Gen. III. *Regio iliaca dextra praevia.*

Spec. 1. Clunis dextra ſuper pubem, humerus dexter ſuper promontorium, dorſum verſus ſiniſtram matris.
Spec. 2. Clunis ſuper promontorium, humerus anterius, dorſum dextrorſum.
Spec. 3. Humerus dextrorſum, clunis dextra ſiniſtrorſum, dorſum verſus os ſacrum.
Spec. 4. Humerus in ſiniſtra, clunis in dextra cavitate iliaca, dorſum verſus pubem.

Gen. IV. *Regio iliaca ſiniſtra praevia.*

Spec. 1. Clunis ſiniſtra ſuper pubem, humerus ſiniſter ſuper promontorium, dorſum ad dextram matris.
Spec. 2. Clunis poſterius, humerus anterius, dorſum in ſiniſtro matris latere.
Spec. 3. Humerus ſiniſter dextrorſum, clunis ſiniſtrorſum, dorſum verſus pubem.
Spec. 4. Idem humerus in ſiniſtro matris latere et clunis in ejus dextro, dorſum ad os ſacrum converſum.

Ordo V. *Situs praeternaturales ob trunci partem inferiorem praeviam.*

Gen. I. *Regio pubis et facies anterior femoris objacentes.*

- Spec. 1. Genua ſuper os pubis, abdomen et pectus poſterius.
- Spec. 2. Genua ad os ſacrum, abdomen ſuper pubem.
- Spec. 3. Genua verſus ſiniſtram, abdomen verſus dextram matris.
- Spec. 4. Genua dextrorſum, abdomen ſiniſtrorſum.

Gen. II. *Nates ad os uteri converſae.*

- Spec. 1. Dorſum verſus os ſacrum, pedes anterius ſuper pubem.
- Spec. 2. Dorſum anterius, pedes poſterius ad os ſacrum.
- Spec. 3. Dorſum ad cavitatem iliacam dextram, pedes ad ſiniſtram.
- Spec. 4. Dorſum ſiniſtrorſum, pedes dextrorſum.

Gen. III. *Regio iſchiatica dextra praevia, ſeu partûs natium imperfecti genus primum.*

- Spec. 1. Crus et pes dexter ſuper pubem, regio iliaca dextra ad os ſacrum, facies anterior foetus verſus dextram matris.
- Spec. 2. Ejusdem lateris crus verſus os ſacrum, regio iliaca ſuper os pubis, facies anterior foetus ſiniſtrorſum.
- Spec. 3. Crus verſus ſiniſtram cavitatem iliacam, regio iliaca verſus dextram, facies anterior foetus verſus pubem.
- Spec. 4. Crus ad dextram, regio iliaca dextra ad ſiniſtram matris, facies foetus anterior verſus os ſacrum.

Gen. IV. *Regio iſchiatica ſiniſtra praevia, ſeu partûs natium imperfecti genus alterum.*

- Spec. 1. Crus et pes ſiniſter ſuper pubem, regio iliaca ſiniſtra ad os ſacrum, facies anterior foetus reſpiciens ſiniſtram matris.
- Spec. 2. Crus ejusdem lateris verſus os ſacrum, regio iliaca ſuper pubem, facies anterior foetus verſus dextram matris.
- Spec. 3. Idem crus in ſiniſtra cavitate iliaca, regio iliaca ſiniſtra in dextra, facies anterior foetus verſus os ſacrum.
- Spec. 4. Crus ad dextram, regio iliaca ad ſiniſtram matris, facies anterior foetus verſus pubem.

Ordo VI. *Partus extremitatum inferiorum perfecti et imperfecti.*

Gen. I. *Utrumque genu praevium.*

- Spec. 1. Uterque pes dorſo margini oſſis pubis inhaerens, facies anterior femorum verſus os ſacrum.
- Spec. 2. Crura verſus os ſacrum, femora verſus pubem.
- Spec. 3. Crura ad ſiniſtram, femora ad dextram matris.
- Spec. 4. Situs priori oppoſitus.

Gen. II. *Utrumque crus facie poſteriori, ſeu poplites et calces ad orificium uteri converſi.*

- Spec. 1. Calces ſuper marginem oſſis pubis, nates verſus os ſacrum.
- Spec. 2. Pedes verſus os ſacrum, nates ſuper pubem.
- Spec. 3. Pedes in ſiniſtra cavitate iliaca, nates in dextra.
- Spec. 4. Pedes dextrorſum, nates ſiniſtrorſum.

Gen. III. *Partus agripparum perfecti.*

- Spec. 1. Digiti pedum os ſacrum reſpicientes, calces pubem, foetûs dorſum anterius.
- Spec. 2. Digiti pedum anterius, calces poſterius directi, dorſum foetûs poſterius.
- Spec. 3. Digiti ad latus dextrum pelvis, calces ad ſiniſtrum converſi, facies poſterior foetus verſus ſiniſtram matris.
- Spec. 4. Digiti ſiniſtrorſum, calces dextrorſum, facies poſterior foetus reſpiciens dextram matris.

Gen. IV. *Genu alterutrum delapſum.*

Subdiv. 1. *Genu dextrum praevium.*

- Spec. 1. Genu ſiniſtrum in dextro matris latens;
- Spec. 2. Genu ſiniſtrum in latere matris ſiniſtro.
- Spec. 3. Genu ſiniſtrum anterius ſuper pubem haerens.
- Spec. 4. Genu idem ad os ſacrum directum, ibique haerens.

Subdiv. 2. *Genu ſiniſtrum praevium.* Hae ſpecies facile ab illis dextri abſtrahuntur: cum non differant, niſi modo latendi oppoſito.

Gen. V. *Facies poſterior cruris alterius vel regione poplitea, vel ſura, vel calce ad os uteri converſa.*

Subdiv. 1. *Cruris dextri.*

- Spec. 1. Crus ſiniſtrum ad dorſum foetus reclinatum.
- Spec. 2. Idem crus ad illius abdomen converſum.
- Spec. 3. In ulla pelvis parte haerens.
- Spec. 4. Super femur dextrum flexum.

Subdiv. 2. *Cruris ſiniſtri.*

Crus dextrum in iisdem ſitibus reperitur.

Gen. VI. *Partus agripparum imperfecti.*

Subdiv. 1. *Pes dexter ſolus propendens. Siniſter*

- Spec. 1. ad dorſum foetus flexus.
- Spec. 2. ad abdomen converſus.
- Spec. 3. in ulla pelvis parte haerens.
- Spec. 4. ſuper extremitatem dextram extenſus.

Subdiv. 2. *Pes ſiniſter ſolus praevius.*

Dexter eodem modo latet, quo ſiniſter in ſubdiviſione prima.

Ordo VII. *Extremitatum ſuperiorum vel utraque vel ſingulae delapſae.*

Gen. I. *Utraque protuberantia cubiti a pectore delapſa.*

- Spec. 1. Manus cum facie verſus os ſacrum, brachia verſus pubem.
- Spec. 2. Manus et facies ſuper pubem, brachia poſterius.
- Spec. 3. Manus cum facie in cavitate iliaca dextra, brachia verſus ſiniſtram.
- Spec. 4. Situs illi oppoſitus.

Gen. II. *Protuberantiae cubiti a dorſo prominentes.*

- Spec. 1. Manus anterius ſuper pubem, humeri os ſacrum reſpicientes.
- Spec. 2. Manus ad os ſacrum, humeri ſuper oſſa pubis.
- Spec. 3. Manus in cavitate iliaca ſiniſtra, humeri in dextra.
- Spec. 4. Manus in dextro matris latere, humeri in ſiniſtro.

Gen. III. *Utraque manus a pectore prolapſa.*

- Spec. 1. Pollices os ſacrum reſpicientes, digiti minimi pubem, dorſa utrumque latus matris.
- Spec. 2. Pollices anterius directi, digiti minimi poſterius, dorſa utrimque lateraliter.
- Spec. 3. Pollices ad dextram matris converſi, digiti auriculares ad ſiniſtram, dorſum ſiniſtrae anterius, dextrae poſterius.
- Spec. 4. Pollices verſus ſiniſtram, digiti minimi verſus dextram matris, dorſum dextrae anterius, ſiniſtrae poſterius.

Gen. IV. *Utraque manus a dorſo prolapſa.*

- Spec. 1. Dorſa manus ad utrumque latus pelvis, pollices ad pubem, digiti minimi ad os ſacrum directi.
- Spec. 2. Pollices os ſacrum, digiti minimi pubem reſpicientes.
- Spec. 3. Dorſum dextrae manus anterius, ſiniſtrae poſterius, pollices ad ſiniſtram matris directi.
- Spec. 4. Dorſum ſiniſtrae anterius, dextrae ad os ſacrum, pollices ad dextram matris converſi.

Gen. V. *Alteruter cubitus e latere propendens.*

Subdiv. 1. *Cubitus dexter.*

- Spec. 1. Manus dextra ſuper pubem, humerus ſuper promontorium, dorſum foetus in ſiniſtro matris latere.
- Spec. 2. Idem humerus ſuper pubem, manus ſuper promontorium, dorſum foetus in dextro matris latere.
- Spec. 3. Humerus in cavitate iliaca dextra, manus in ſiniſtra, dorſum foetus poſterius directum.
- Spec. 4. Humerus in cavitate iliaca ſiniſtra, manus in dextra, dorſum foetus anterius converſum.

Subdiv. 2. *Cubitus ſiniſter.*

Species eaedem, quae in ſubdiviſione prima: ſigna diſtinctiva a ſitu dorſi illis oppoſito pendent.

Gen. VI. *Alterutra manus e latere propendens.*

Subdiv. 1. *Manus dextra.*

- Spec. 1. Vola dextrorſum, pollex verſus os ſacrum, digitus auricularis verſus pubem.
- Spec. 2. Situs illi oppoſitus.
- Spec. 3. Vola anterius, pollex dextrorſum, auricularis ſiniſtrorſum.
- Spec. 4. Pollex, vola et auricularis directione priori contraria.

Subdiv. 2. *Manus ſiniſtra.*

In his ſpeciebus vel vola, vel pollex, vel auricularis directione illis oppoſita reperiuntur.

Ordo VIII. *Extremitates decuſſatim propendentes.*

Gen. I. *Genua decuſſatim ad os uteri converſa.*

Species hujus generis eaedem ac generis primi in ordine ſexto, excepta decuſſatione, quae vel a poſteriori vel ab anteriori fit.

Gen. II. *Pedes decuſſaim propendentes.*

Excepta decuſſatione, hujus generis ſpecies perparum differunt ab illis generis tertii, ſexti ordinis.

Gen. III. *Manus ſuper pectus decuſſatae praeviae.*

Species hujus generis differunt ab illis generis tertii, antecedentis ordinis, ratione ſitus dorſi manus et decuſſationis.

Gen. IV. *Manus a dorſo decuſſatim prolapſae.*

Species hujus generis tantum ab illis generis quarti, ordinis ſeptimi, differunt ratione decuſſationis et ſitus externi volarum manus, loco dorſorum manus ex ea orti.

CLASSIS SECUNDA. *Tab: b.*

Situs praeternaturales *compositi* et *mixti*, in quibus vel unius foetus partes diversi generis, vel plurium variae partes simul praeviae.

A. Unius foetus.

Ordo I. *Capitis pars quaedam praevia, cum*

1. Funiculo.
2. Una vel altera extremitate superiori.
3. Una vel altera inferiori.
4. Utraque superiori.
5. Utraque extremitate inferiori.
6. Funiculo et altera extremitate superiori.
7. Funiculo et alterutera extremitate inferiori.
8. Una extremitate superiori et inferiori.
9. Ternis partibus.
10. Quaternis harum partium.
11. Omnibus quinque partibus.

Ordo II. *Trunci pars praevia, cum*

1. Funiculo solo
2. Funiculo et una vel altera extremitate superiori.
3. Funiculo et alterutra extremitate inferiori.
4. Una extremitate superiori et inferiori.
5. Funiculo et utraque extremitate superiori.
6. Funiculo et utraque inferiori.
7. Funiculo et una extremitate superiori, et altera inferiori.
8. Utraque extremitate superiori et una inferiori.
9. Utraque inferiori et una superiori.
10. Quaternis harum partium.
11. Omnibus quinque partibus.

Ordo III. *Genua et pedes vel singulatim vel conjunctim ad orificium conversi.*

a. Unum genu cum

1. Funiculo.
2. Manu una vel altera.
3. Alterutro pede.
4. Binis partibus.
5. Ternis.
6. Omnibus quatuor partibus.

b. Utrumque genu cum

7. Funiculo
8. Una vel altera manu.
9. Binis harum partium.
10. Ceteris tribus partibus.

c. Pes alter vel uterque cum

11. Funiculo.
12. Manu altera vel utraque.
13. Funiculo et manu altera.
14. Funiculo et utraque manu.

B. Plurium foetuum.

Ordo IV. *Caput unius vario modo parte quadam praevium, cum alius foetus*

1. Funiculo.
2. Alterutra extremitate superiori.
3. Extremitate inferiori una.
4. Capitis parte.
5. Trunci parte, natibus etc.
6. Extremitate utraque superiori.
7. Utraque inferiori.
8. Pluribus et diversis illius partibus.
9. Pluribus et diversis huius et illius foetus partibus simul.

Ordo V. *Trunci pars quaedam foetus alterius ad orificium conversa, cum alterius*

1. Funiculo
2. Una vel altera extremitate superiori
3. Una extremitate inferiori.
4. Trunci parte.
5. Utraque extremitate superiori.
6. Utraque extremitate inferiori.
7. Pluribus et diversis ejus partibus.
8. Pluribus et diversis huius et illius foetus partibus.

Ordo VI. *Alterius extremitates et funiculus vel singulatim vel conjunctim prolapsae cum alterius*

1. Funiculo
2. Extremitate una vel altera superiori
3. Alterutra inferiori.
4. Utraque superiori extremitate.
5. Utraque extremitate inferiori.
6. Pluribus et diversis eius partibus.
7. Pluribus mixtis hujus et illius partibus.

Fig. II.



Fig. I.



Fig. I.





Fig. II.



Tab III.

Fig 1



Fig 2



Eberhard ad natur. del.

Thönert fc.

Fig. I.



Fig. II.





Eberhard ad natur. delin.   Frentzel sc.

Tab. VI.

Fig. I.



Fig. II.

